


Στάσις
τῶν
χειμαζομένων
Στάσις
τῶν
κατηχουμένων
Μεγάλαι
Στάσις
τῶν
προσκλαιόντων
Προπύλαιον
Στάσις
τῶν
χειμαζομένων
Στάσις
τῶν
κατηχουμένων
πύλαι
Στάσις
τῶν
προσκλαιόντων
Προπύλαιον

EUSEBII PAMPHILI
HISTORIAE
ECCLESIASTICAE
LIBRI X.

EX
NOVA RECOGNITIONE
CUM
ALIORUM AC SUIS PROLEGOMENIS
INTEGRO HENRICI VALESII COMMENTARIO
SELECTIS READINGI STROTHII ALIORUMQUE VIRORUM
DOCTISSIMORUM OBSERVATIONIBUS
EDIDIT
SUAS ANIMADVERSIONES ET EXCURSUS INDICES
EMENDATOS AC LONGE LOCUPLETIORES
ADIECIT

FRIDERICUS ADOLPHUS HEINICHEN
REV. MIN. CANDIDATUS SOCIETATIS HISTORICO - THEOLOGICAE
LIPSIENSIS SODALIS ORDINARIUS.

TOMUS III.
CONTINENS
LIB. VIIII—X.
ACCESSIT ICHNOGRAPHIA TEMPLORUM VETERUM.

LIPSIAE APUD KAYSER. ET SCHUMANN.
MDCCCXXVIII.

EPISTOLA CRITICA

ERNESTI GOTTHELFI GERSDORFII

AD

FRIDERICUM ADOLPHUM HEINICHEN.

EPISTOLA CRITICA

ERNESTI GOTTHELFI GERSDORFII

AD

FRIDERICUM ADOLPHUM HEINICHEN*).

Etsi serius ad Te scribo, quam par erat, spero tamen huius ὑπερημερίας Te facile mihi daturum esse veniam, quum varias occupationes et valetudinem ipsam, quae prolixiores meditationes et scriptiones aegre admittit, in caussa fuisse cognoveris. Dupliciter autem litteris, quae nuperrime ad me perlatae sunt, delectatus sum Tuis, tum quod veteris nostrae consuetudinis memoriam gratissimam renovarent, tum quod de communibus inter nos studiis agerent, quorum egregium documentum a Te prolatum est in nuperrima Eusebii historiae ecclesiasticae editione. Et profecto scriptorem Tibi elegisti patrum ecclesiasticorum facile

---

*) Cum totum fere opus typis iam esset descriptum, omnia alia exspectans cognovi ex viro amicissimo et gloriae paternae praeclaro aemulo, E. G. Gersdorfio, bibliothecae Dresdensis Secretario, in hac ipsa bibliotheca asservari codicem Eusebii praestantissimum cuius excerpta quaedam, si prius consilium meum Eusebii edendi compertum habuisset, libenter mecum communicaturus fuisset. Iam vero sine mora ad Gersdorfium rescripsi, fieri adhuc posse quod tam amice voluisset facere; sed, urgentibus operis, simul ut quam primum posset, ad me excerpta illa codicis Dresdensis et si quid aliud in promtu haberet, transmitteret, ipsum me rogandum esse. Atque ita in tempore profecto et omnibus reliquis quae typis describenda erant, iam descriptis, unde quam praeclarum epimetrum accessisset, in fronte libri indicare non poteram, accepi epistolam Gersdorfii reconditiori doctrina aeque ac singulari humanitate plenam pro qua viro egregio summas gratias quas me referre posse diffido, ago et habeo. Heinichen.

EPISTOLA CRITICA

ERNESTI GOTTHELFI GERSDORFII

AD

FRIDERICUM ADOLPHUM HEINICHEN*).

Etsi serius ad Te scribo, quam par erat, spero tamen huius ὑπερημερίας Te facile mihi daturum esse veniam, quum varias occupationes et valetudinem ipsam, quae prolixiores meditationes et scriptiones aegre admittit, in caussa fuisse cognoveris. Dupliciter autem litteris, quae nuperrime ad me perlatae sunt, delectatus sum Tuis, tum quod veteris nostrae consuetudinis memoriam gratissimam renovarent, tum quod de communibus inter nos studiis agerent, quorum egregium documentum a Te prolatum est in nuperrima Eusebii historiae ecclesiasticae editione. Et profecto scriptorem Tibi elegisti patrum ecclesiasticorum facile

*) Cum totum fere opus typis iam esset descriptum, omnia alia exspectans cognovi ex viro amicissimo et gloriae paternae praeclaro aemulo, E. G. Gersdorfio, bibliothecae Dresdensis Secretario, in hac ipsa bibliotheca asservari codicem Eusebii praestantissimum cuius excerpta quaedam, si prius consilium meum Eusebii edendi compertum habuisset, libenter mecum communicaturus fuisset. Iam vero sine mora ad Gersdorfium rescripsi, fieri adhuc posse quod tam amice voluisset facere; sed, urgentibus operis, simul ut quam primum posset, ad me excerpta illa codicis Dresdensis et si quid aliud in promtu haberet, transmitteret, ipsum a me rogandum esse. Atque ita in tempore profecto et omnibus reliquis quae typis describenda erant, iam descriptis, unde quam praeclarum epimetron accessisset, in fronte libri indicare non poteram, accepi epistolam Gersdorfii reconditiori doctrina aeque ac singulari humanitate plenam pro qua viro egregio summas gratias quas me referre posse diffido, ago et habeo. Heinichen.

principem, sed eundem satis difficilem, qui sive criticam re
cias singulorum locorum rationem sive explicationem, mult
requirit negotii et laboris, et eo curiosius retractandus fuit, q
magis ambigua ab vetustissimis inde temporibus de eius fide
que auctoritate extiterunt indicia. Sed bene peregisti, quod p
denter es exorsus, et Te auctore multis locis iam emenda
prodiit Eusebius, atque est forma, quae nostrae aetatis homi
ad eum legendum invitat potius, quam deterret. — Iam v
quum codicis manu scripti, qui in bibliotheca Regia asserva
studiose ex me quaereres descriptionem lectionumque varia
delectum, precibus Tuis eo lubentius obtemperavi, quum v
doctis codicem hunc nostrum praestantissimum plane adhuc ig
tum esse intelligerem, neque quidquam omnino esset, quo m
delectarer, si quid vacui temporis datur, quam ut libros ed
cum veteribus codd. conferam. Nolui tamen haec qualiacun
ἀσυμβόλως ad Te transmittere, maxime quum ex litteris T
cognoverim, gratum Tibi fore, si quae ex iis adderem, q
forte apud me sunt annotata. Pauca sunt, Vir amicissime,
satis levia, sed apponam ea, rebus Tuis ne minus satisfec
videar, et ut bonae erga Te voluntatis meae extet aliquod
numentum. Iam benevole velim ea accipias, effati B. Augu
memor: si quid in eis veri comprehenderis, exsistendo non
meum, at intelligendo et amando Tuum sit et meum; si
autem falsi convinceris, errando fuerit meum, sed iam cave
nec Tuum sit nec meum. (de Trinit. 3, 2.)

De codd. historiae ecclesiasticae Eusebii mss. docte disser
in notitia literaria Tomo I. inserta, et quantum fieri potuit,
curatissimam exhibuisti eorum descriptionem, quae ita est c
parata, ut paucissima tantum desiderare possis. Parisinos q
attinet, codex Regius, κατ' ἐξοχὴν ita dictus, non num. 1436
1437 in catalogo notatur (cf. catal. codd. mss. biblioth.
Tom. 2. p. 318) qui autem hoc numero in illa bibliotheca inv
tur, idem est Colbert. sec. XV., qui p. XIX. num. 1426 in
ptus legitur. Fragmentum de Therapeutis (l. 2. c. 19) co
membr. n. 305. (ol. 66) sec. X. s. XI. septem octove paginis
149 153 contineri docet Montfaucon. biblioth. Coislin. pag.
Ex Italiae bibliothecis codd. Eusebii infinitum numerum protuli
in bibliotheca bibliothecarum T. I., sed plerique horum re
non Eusebii, sed Rufini esse videntur. Ita inter Vaticanos
fallor, unus tantummodo ap. Montfaucon. l. l. p. 8. graecus
tat hist. eccles. liber ms., de quo probabile est, eundem
quem p. XVIII. a Valesii quodam amico nonnullis in locis
edd. collatum esse dicis. Paulo accuratiorem codd. duorum
blioth. Laurent. descriptionem nobis exhibuit celeb. Bandini
alterum eorum (plut. 70. n. 7.) membr. sec. X. scriptum
stantissimum esse affirmat. Charactere fere quadrato bini

lumnis scriptus foliis 389 constat, et Eusebii atque Socratis continet historiam ecclesiasticam. Quod ad Socratem attinet „tot," inquit, „vetustatis argumentis optimam cod. notam commendantibus, miramur eius collationem in edit. scriptorum graec. „Histor. eccl. per H. Valesium — fuisse praetermissam — — quod „maxime dolendum, quum huius etiam cod. ope maximus edi„tionis adornandae cumulus accedere potuisset." Cf. Bandini catal. codd. mss. graec. bibl. Laurent. Medic. T. 2. p. 666—668. Alterum (plut. 70. n. 20) membr. sec. XI. in qu. mai. fol. 249 nitidissime scriptum affert l. l. p. 681 sq. — De codd. tribus Venetiis in bibl. D. Marci asservatis vid. Theupoli biblioth. gr. D. Marci pag. 156 sq. et Ic. Morellii biblioth. mss. Tom. 1. p. 219 sqq. Primum eorum num. 337. membr. sec. XV. cum codd. Maz. Med. et Fuk. convenire et appendicem libri 8. cum tractatu de martyribus Palaestinae ei inesse dicit Morellius l. l. Secundus num. 338. membr. sec. XI. plerisque in locis cum superiore consentit, appendix libri oct. et tract. de martyribus desunt. Tertius n. 339. chartaceus est sec. XIV. scriptus; lectiones variae, quae forte in ipso reperiuntur, teste Morellio, fere omnes libri Casaub. (Iones.) sunt. Appendix libri oct. et liber de martyribus non leguntur. Liber nonus desinit in verba l. 10. c. 1. ...αντὸς εὐχόμεθα, decimus autem, qui ita incipit: Ἅμα δὲ ταῖς ...ς εὐχαῖς κ. τ. λ. ex capp. 1. 2. 3. 4. 8. 9. edit. Vales. constat. Lectiones huius cod. maxime memorabiles affert Morellius p. 221. ...ce: libr. 1. c. 12. (Tom. I. p. 77.) ταῦτα μὲν οὖν καὶ τοσαῦτα ...ρὶ τῶνδε ἀρκούντως εἴρηται. c. 13. (p. 80.) καὶ τόνδε περιέχουσῶν τὸν ...ρωπον, cuius lect. meminit Zimmermann. ad h. l.; eod. cap. ...ήματος οὐχ ἅμα ὑπάρχης. Cf. Vales. ad h. l. Addit haec p. 220. „Eusebii vero codd. Marcianos omnes quoad loca selecta poste„riorum trium historiae eccl. librorum olim ego contuli in usum „F. A. Strothii, Rect. Gymn. Quedlinburgensis, post editos ab „eo libros septem priores Halae 1779, qui vir acuti ingenii morte „praeventus histor. eccl. reliqua minime dedit." Digna profecto ...notatio, quae nos invitet, ut studiosius inquiramus, quorsum ...ditamenta illa pervenerint, et ab interitu ut schedulas istas, ...quam fieri possit, vindicemus. Ceterum excerpta ex septem ...ribus libris hist. ecclesiast. in cod. quodam eiusdem biblioth. D. Marci commemorat Villoison. anecd. graeca Tom. 2. pag. 71. — Quod autem Strothius duo Eusebii codd. mss. in biblioth. Escurialensi extare dicit, possis de eo, et recte quidem dubitare: ...cendio enim perniciosissimo illo, quo d. 7. Iun. a. 1671 biblio...cae magna pars absumta est, codex periit Eusebii historiarum ...ustissimus, cuius duo nunc fragmenta apographa et in Esco... bibliotheca et in Regia Matritensi inveniuntur. Vincentius ...erius Valentinus ea m. Iun. a. 1619 ex cod. illo, „ut ait, ...ime tum annis detrito, tum litteris obsoleto" descripserat.

Alterum eorum hac inscriptione: Εὐσεβίου τ. Π. περὶ τῶν μαρτύρ τῶν ἐν Καισαρείᾳ ὑπὸ τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμίνου μαρτυρησάντ librum de martyribus Palaestinae continet, alterum, quod Iriar reg. bibl. Matrit. codd. gr. T. 1. p. 548—552 integrum edidi non fragmentum, ut V. D. opinatur, sed epitome s. excerpta historiae ecclesiast. a quarto inde libro esse videtur. Inscript eius haec est: Ἐκ της Εὐσεβίου τ. Π. ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας περὶ τ κατὰ διαφόρους καιροὺς ἐν διαφόραις πόλεσι ἀθλησάντων ἁγίων μαρτύρ Cf. Iriarte l. l. p. 547 sqq. — Ex Germaniae bibliothecis, co Dresd. si exceperis, parum praesidii ad Eusebium emendandu potest proferri. Vindobonae duo habentur eius fragmenta, qu rum alterum a Strothio ex Nesselii catalogo p. 258 allatum, com mentario ampliss. evangelii Lucae inest, et locum de nativita Christi (libr. 1. c. 6. 7.) continet. Inscribitur hic codex nu 42. atque „differt ms. hoc eius loci exemplar non mediocriter „impressis editionibus;" cf. Lambecii commentar. T. 3. p. 16 not. 4. ed. Kollar. Alterum eiusdem bibliothecae fragmentu insertum est cod. 332. fol. 132. p. 2. et 133. p. 1., atque exce pta quaedam ex libro 4. c. 15. de Polycarpi martyrio contin cf. Lambec. l. l. T. 5. p. 615.

Haec de codd. Eusebii edd. dicta sunto; de editionibus, qu minus recte a Strothio sunt disputata, ipse cognosces ex lib Illustriss. Eberti: bibliograph. Lexicon n. 7146—7157. Rufini ed prima editio prodiit s. l. e. a. (Esslingae, typis Conr. Fyner) Excepit eam altera s. l. (Ultrai. ap. N. Ketelaer et Ger. de Leeru 1474. f. Secuta est Romana in domo Ph. de Lignamine per Han d. 15. Maii 1476 finita, cuius prima quaedam folia in nonn lis exemplaribus inter se differunt. Bis eo anno Rufinus non excusus. Quarta deinde fuit Mantuensis, per I. Schallum 1 etc. add. Schoell littérat. grecque T. 7. p. 12. Illa autem, qu Venetiis a. 1770 tribus voll. prodiisse dicitur Eusebii histor. ecc siasticae editio (p. XXVI.) revera nulla est. Harlessius in l Te all. p. 688 ed. pr. huius erroris auctor fuisse videtur, qu omissa editione Rufini, quae Venetiis a. 1763 duobus tomis tribus voll. prodiit, hanc repetitam editionem Valesianam di ret, cui observatt. criticae a Readingo collectae et al. accedere Sed Iac. Morellius in epist. ad Harless. introduct. in histor gr. ed. sec. T. 2. P. 2. p. 360. „Eusebii historia a. 1770 Ve „tiis minime fuit impressa, at fortasse ad fucum faciendum, „emplaribus nonnullis editionis a. 1763 annus in fronte imm „tus est. Itaque quam exiguo in pretio editio ea Veneta habe „sit, vides."

Sed haec hactenus. Codex manuscriptus, cuius caussa h qualiacunque praefati sumus, Dresdensis est biblioth. Re scrin. A. num. 85 inscriptus. Ex Russia eum in patriam secum attulerat Chr. Frid. Matthaei, Scholae Misen. ad S. Af

t. t. Rector, ex cuius bibliotheca cum sexaginta septem aliis haud spernendae auctoritatis libris ex beneficio summorum praefectorum plane singulari in Regiam est illatus, vid. Ebert Geschichte u. Beschreib. d. kön. Bibliothek z. Dresden p. 105. 156. Quum autem satis accuratam huius codicis descriptionem ex Matthaei schedulis ad Strothium transmissis, a Te quoque (p. XXI.) editam esse intelligerem, (de altero cod. Mosquensi vid. ei. codd. mss. graec. S. Synodi Mosqu. notitia T. 1. p. 53 sq.) paucissima mihi addenda sunt. Et primum quidem sec. XII. potius scriptus esse videtur, quam XI., cui Matthaei (quem et in excutiendis libris mss. haud raro levitate quadam usum fuisse alio loco uberius demonstrabimus) illum codicem suum annumerandum esse duxit. Quae in margine inferiori libri primi legebantur τῆς Λαύρας erasa sunt; in fine autem a manu recentiori haec addita sunt: ὡς ἄρα ὁ Χριστὸς καὶ οἱ ἀπόστολοι οὐ διαλεκτικὴν ἡμῖν παρέδοσαν τέχνην, οὐδὲ κενὴν ἀπάτην, ἀλλὰ γυμνὴν γνώμην καὶ καλοῖς ἔργοις φυλαττομένην. Quod vero ad internam, ut ita dicam, codicis rationem eiusque auctoritatem attinet, praestantissimum eum esse supra dixi, et recte quidem, ni totus fallor. Etenim quum plerisque in locis cum codd. optimae notae Maz. Med. Fuk. mirifice consentiat, et ubi ab iisdem longius differt, lectiones exhibeat plane singulares, quas et genio linguae et Eusebio ipso minime indignas esse facile Tibi persuadebis, mixtae, quam Strothius dixit, recensioni eum adscribendum esse arbitror. Sed pergamus ad singula, ne inanibus verbis disputasse videamur, et quo magis eluceat, utrum vera sint et probabilia, quae de auctoritate huius codicis disseruimus, necne. Folia igitur quattuordecim priora, quibus fragmentum tertii libri quod superest et quartus continetur, cum editione Tua, quantum fieri potuit, accuratissime contuli, ita ut ne librarii quidem, quae potiora visa sunt, errata intacta relinquerem, ad codd. familias, quas dicunt, illustrandas aliaque loca emendanda fortasse posteris usui ea fore opinatus.

Libr. 3. c. 39. (Tom. 1. p. 286. l. 16.) liber ms. his incipit verbis: τῶν τοῦ κυρίου λόγων διηγήσεις κ. τ. λ. p. 284. l. 3. a fin. ἦν. p. 286. l. 1. ὡς ἦν δυνατὸν. l. 2. δ' αὐτὸς. l. 3. καὶ ἀπὸ τῆς *). ib. ἐπιθεῖται. l. 6. ἐπιτετηρείσθω **).

L. 4. c. 1. p. 287. l. 8. δωδέκατον ἔτος τοῦ Τρ. βασ. — Quod autem in fine huius cap. legitur ἀπολαμβάνει, ut ipse Tom. 3. p. 314 dicis, casu impressum pro vulg. ὑπολαμβάνει, id quam maxime retinendum esse puto. Alterum illud ex interpretatione ortum videtur, et cum MS. Steph. et MG. consentit cod. Dresd. Ita et infra l. 6. c. 35 in libro nostro legitur ἀπολαμβάνει, et de solemni in his

*) Cf. quae annotavi T. II. p. 252 sq. Macarius de patientia et discret. XVIII. p. 90. ed. Prit. εἰς πέλαγος λήθης καὶ εἰς βυθὸν πλάνης. H—n.

**) Cf. T. II. p. 143 et quae ad h. l. monui. H—n.

librariorum errore vid. Dorvill. ad Charit. p. 363. Add. Num. 34, 14.

C. 2. p. 288. l. 4. ἡμῶν Χριστοῦ. p. 290. l. ult. Λόυκίῳ Κυίτῳ ex pronuntiatione male corrupto vocabulo. Rufinus *Lusio Quieto*, cui et ipse assentiri videris in indice s. h. v. Et recte quidem. Quod enim vulgo legitur Λουκίῳ Κ. haud dubie refingendum est in Λουσίῳ Κυήτῳ (s. Κοιήτῳ, vid. Reimar. ad Dion. Cass. 68, 32. §. 201. Tom. 2. p. 1146) quum more librariorum rarius vocabulum in usitatiorem formam sit immutatum. Ita apud Dion. Cass. 68, 8 et alibi, cf. Casaub. ad Spartiani Adrian. c. 5. Lusium Quietum enim Iudaeae praefectum fuisse, non Lucium, ex disertis vett. testimoniis apparet, vid. Ammian. Marcell. 29, 5. 4. all. Natione Maurus erat; sed nec inter Romanas gentes Lusia ignota, ita Lusius Geta Tacit. Ann. 11, 31. Lusius Saturninus ibid. 13, 43. Lusius Lupus Antonin. 12, 27. et plures alii in Gruteri, Muratorii aliorumque inscriptionum vett. thesauris.

C. 3. p. 292. l. 4. 5. ἐξ δίδωσι. l. 7. ὅτι δεῖ πονηροί τινες. Ita c. 2. ὑπὸ πνεύματος δεινοῦ τινος. c. 6. ληστρικός τις ἀνήρ. lin. 4. a fin. ἀριστήδης.

C. 5. p. 294. l. ult. μηνῶν διαγενομένου, et ita codd. Maz. Med. Fuk. Sav. apud Valesium, insolita quidem dicendi ratione, quae tamen nec vett. scriptoribus fuit ignota. Herod. 3, 152. ἑπτὰ δὲ μηνῶν καὶ ἐνιαυτοῦ διεληλυθότος. et al. Dices, illud διαγενομένων ex legibus linguae, quum et codd. auctoritas accederet, recte habere, dummodo quod proxime antecedit substantivum singularis esset numeri, vel neutrum plurale. Sed minus curiosos fuisse in his serioris graecitatis scriptores pluribus locis demonstratum est a VV. DD., et quum h. l. anni notio primaria sit, mensium, qui forte accedebant, non satis accurata habita est ratio. Cf. Gronov. ad Arrian. l. 2. c. 17. p. 90. Ita 1 Tim. 6, 4. pro vulg. γίνεται male D. Clar. γεννῶνται. De simili quadam dicendi ratione, qua cum substant. singul. numeri verbum plurale coniungunt vett., vid. inprimis Huschke ad Tibull. 1, 3. 1. — p. 295. l. 1. ἔκτος.

C. 6. p. 296. l. 1. ἀπωνείαις. l. 5. Βαρχωχέβας ὄνομα· ἀστέρα δηλοῖ τοῦτο. In his paroxytonum illud Βαρχωχέβας, quod in edd circumflexu in ultima sillaba notatur, praeferendum esse videtur; nam et ipsa huius nominis origo circumflexum ferre nequit, et infra cap. 8. in omnibus edd. legitur Βαρχωχέβας, add. Iustin. Mart. apol. 2, 31. Xiphilin. all. De Barchocheba isto seditionis auctore vid. Wolf. biblioth. hebr. T. 1. p. 721. 3. p. 642. et Sam. Petiti observatt. 3, 4. p. 309—320. qui duos huius nominis eosque diversos extitisse illo seculo Iudaeos rerum novarum studiosos contendit. Contractionem nominum in ᾶς desinentium illustr. Dorvill. ad Charit. p. 278. — l. 7. ληστρικὸς καὶ φονικὸς ἀνὴρ neque male. p. 297. l. 3. ἰχυρωτάτη forma minus usitata, quae tamen ipsa cum altera ὀχυρ. saepissime commutatur, Dionys. Hal. Antiqu

T. 3. p. 1671. 1838. R. Ita ἰσχυρὰ πόλις ap. Sozomen. et al. — p. 299. l. 3. ὁ Πελαῖος.

C. 7. p. 302. l. 12. τό γε μὴν. p. 303. l. 1. διδασκάλια. p. 305. l. ult. ὁμοτρόποις. p. 306. l. 11. ἔθνους Χριστιανῶν. l. 13. δίδοσθαι, vid. Sturz. lex. Xenophont. T. 1. p. 679. Valcken. ad Phoen. v. 1386. p. 465 sq. — l. 15. εἰς μακρὰν γε μὲν, quod multo frequentius legitur apud vett. scriptores, quam vulg. illud εἰς μακρὸν. Cf. Toup. opusc. T. 2. p. 132. Dorvill. ad Charit. p. 419. Sed Eusebius noster infra de martyr. Palaest. c. 11. εἰς μακρὸν δὲ τούτῳ γινομένου, μάτην ἐγχειρεῖν δείγνω *). — pag. 307. l. 1. εἰδέας. l. 2. εἰς αὔξειν. cf. Hesych. T. 1. p. 618. Ita in Plat. Philebo c. 26. p. 91. αὔξεσι post Bekkerum, qui αὔξαις legit, restituit Stallbaumius, quem vid. ad h. l. et de legg. 10. pag. 897. — p. ead. l. 7. ἅμα deest. l. 2. a fin. παρὰ πᾶσι desunt.

C. 8. p. 309. l. ult. καινοτάφια, et ita libri mss. optimi. Sed ambiguum est hac in re iudicium, et quum librarii solemni errore αι et ε inter se commutaverint (Dawes. miscell. critt. pag. 121. 373. ed. Cant. Gregor. Cor. ind. s. h. v. Notices et extraits d. manuscr. T. 10. p. 172. cet.) certi quid de hac scriptura affirmare non ausim. Age, inquiramus potius, et paulo accuratius, si fieri potest, discutiamus, quae illa sint κενοτάφια s. καινοτάφια, et quo sensu tum apud vett. scriptores, tum hoc nostro in loco sint accipienda. Κενοτάφια Suidas Tom. 2. p. 295. Kust. monumenta dicit τὰ μὴ ἔχοντα ἔνδοθι νεκρὸν, quae primaria est et ad etymon huius vocabuli apte conformata interpretatio. Sed haec ipsa monumenta quum plerumque multis sumtibus in honorem defunctorum exstructa imagines eorum referrent, et absentes quodammodo repraesentarent, κενοτάφια deinde ipsa dicta sunt sepulcra in honorem alicuius erecta; id quod docte exposuisti in annotat. ad h. l. Atqui, pace Tua dixerim, haec ipsa interpretatio ad serioris aevi scriptores et hunc Eusebium nostrum minus quadrare videtur. Etenim transl. imagines ipsae, quae sepulcralibus monumentis impositae mortuorum faciem atque habitum referebant, κενοτάφια appellata sunt, vid. Bochart. hieroz. P. 1. libr. 2. c. 51. p. 623., neque alienum est, quod Cyrillus in lexico ms. Brem. dicit κενοτάφια· τὰ ἐνδύματα τοῦ νεκροῦ, habitum s. externam demortui formam his vocabulis significaturus. Quod Alexandrini audacter quidem ad formam humanam in universum transtulerunt, et figuras mortuorum instar fasciis involutas, quas pupas nos dicimus, κενοταφίοις indicari maluerunt, cf. Alberti ad He-

*) Εἰς μακρὰν scripsit noster II, 6 p. 114. II, 7., contra eodem c. II, quod laudat Gersdorfius, sub finem quoque: οὐκ εἰς μακρὸν — ...λθούσης. Adde I, 13 p. 79. II, 5 p. 109. III, 6 p. 197. VI, 5 p. 160 sq. ... 19 p. 208. VI, 26 p. 228. VII, 7 p. 313. VIII, 6. de mart. P. c. VII. II, 6 in. V. C. I, 58. II, 6. H—n.

sych. Tom. 1. pag. 109. Ita quum Michal Davidem maritum Saulis rabie salvum conservatura, per fenestram eum demisisset lecto in eius locum κενοτάφια imposuisse dicitur 1 Samuel. (βασιλ α΄.) 19, 13. 16. quae Aquila μορφώματα, Symm. εἴδωλα vertit, c Origen. Hexapla T. 1. pag. 297. ed. Montfauc. Theodoret. T. 1 p. 251. Sirm. (T. 1. P. 1. p. 385. Schultz) Vulg. interpres. sta tua, simulacrum, et recte quidem. Nam Hebr. תְּרָפִים plural forma de uno simulacro dictum est (uti אֱלֹהִים de uno deo) si mulacro inquam s. pupa, quae magnitudine accedebat ad statu ram virilem et tumultuario opere ex linteis, stramine aliisque i genus aliis erat confecta. Vid. Michaelis in comm. de Thera phis in commentt. Gotting. a 1762. n. 1. et Rosenmüller. in Scho ad Gen. 31, 19.*) Sed Clericus, cum tam mirae translationis ra tionem nullam inveniret, ingeniosa interpretatione Iudaeos grae loquentes statuas deorum ethnicorum κενοτάφια vocasse opinatu eo quod crederent, deos istos homines olim fuisse, eorumqu statuas vel ideo quasi inania illorum sepulcra habuisse, quia ce notaphiis statuae imponi solebant eorum, quibus erant consecrat Neque inusitatam fuisse apud Iudaeos sepulcrorum et monument rum sepulcralium ad cultum paganorum translationem locus test tur Ies. 65, 4. ubi homines dicuntur in sepulcris habitare et spelu cis, quod Hieronymus interpretatur in delubris deorum et templ vid. Michaelis et Gesenius ad h. l. Sed his ambagibus non opu quodsi enim κενοτάφια illa significatione, quam supra proposu mus, acceperis (et Eusebium nostrum atque Hegesippum all. cu LXX plerumque in his consentire satis notum est) h. l. simul cra dicuntur s. statuae ex mente Christianorum vanae, inane quae in templis collocatae aut virorum illustrium aut ipsoru deorum referebant quasdam imagines. — Ceterum si quis καιν τάφια ex codd. scribi mallet, Palladae carmen quoddam inspic in Antholog. gr. Tom. 3. p. 129. Iacobs. ubi σχήματι καινοτάφῳ Hadem descendisse dicitur Gessius quidam, cui, quum cap damnatus sibi ipse mortem consciverat, supremi honores n fuerunt habiti. Cf. Iacobs ad Anthol. Vol. 2. P. 3. pag. 234 s Simili ratione apud Latinos de vocabulis *caeremonia* et *cerem nia* in utramque partem disputatum est, vid. Voss. de vit serm. 1, 13. cet. — p. 310. l. 2. ὁ καὶ desunt, non male. p. 3 l. 1. κατ᾽ αὐτόν. p. 312. l. 2. a fin. Χριστιανοὺς ἀκούων. p. 313. l. κατήγγελε. pag. 314. l. 4. δὲ ταῦτα τοῦ μεγίστου. l. 2. a fin. εἰς Ἑλληνικόν.

---

*) Cf. Ioseph Levin Saalschütz Prüfung der vorzüglichsten Ansich von den Urim und Thummim in: Dritte Denkschrift der histori theolog. Gesellschaft zu Leipzig herausgegeben von Illgen p. 37. H-

C. 9. p. 315. l. 5. σὺ ἰδέξω. l. 7. ταράττονται. l. ult. οὕτως ὥριζε. Particulae οὕτως usum quum in annotat. ad h. l. docte exponeres, potiorem dicis Tibi videri lectionem patrum et codd. nonnullorum ev. Matth. c. 5, v. 20., qui pro vulg. οὗτος post verba ὃς δ' ἂν ποιήσῃ καὶ διδάξῃ praebent οὕτως. Sed hac emendatione, ni fallor, non opus est, quum et a scribendi ratione, qua Matthaeus fere usus est in evangelio suo, aliena esse videatur, cf. 18, 4. 19, 22., neque omnino sensus loci et orationis concinnitas illud requirat. De partic. οὕτως vid. patris cariss. Beiträge z. Sprachcharakter. d. Schriftst. d. N. T. Tom. 1. p. 68 sq. 108 sq. Οὗτος autem, quod hac ratione abundare videtur, cf. Mt. 18, 5 cet., ut qui — is ap. Liv. 1, 19. 21, 3. 36, 27 etc., nec vett. Graecis insolitum, vid. Porson ad Hecub. praef. p. XIII. Vocabula οὗτος autem et οὕτως saepissime librarii inter se commutarunt, add. Bast. comment. palaeogr. ad Gregor. Cor. p. 828., neque dubito, ut alios omittam locos, quin Ies. 63, 1. pro οὕτως ὡραῖος legendum sit οὗτος ὡραῖος.

C. 10. p. 316. l. 8. Τουτοῦ δὲ τῶ. l. 4. a fin. Vocabulis ἱστορεῖ γε μὴν cap. 11. incipit.

C. 11. p. 317. l. 3. a fin. ἔννατος. Utrumque apud nostrum legitur, vid. c. 5. etc. Sed cf. Duker. praef. ad Thucyd. fol. 36. et ad 1, 117. — l. 2. a fin. οὕτω. Vulg. οὕτως; saepissime enim in his variat cod. Dresd., sed οὕτως ab οὗτος, ut ὥς ab ὅς, primaria est forma, et ex grammaticorum praeceptis ponitur, si proxime sequens vocabulum a vocali, οὕτω si a consonante incipit; quod ipsum eorum commentum librariis saepe mutationis causa fuit. Vid. Frotscher ad Xen. Hier. 1, 3. p. 9.*) — Ib. lin. ult. λαθροδιδάσκων. p. 318. l. 1. κακοῖς a m. 1. l. 5. ἐπιδημήσας εἰς τὴν Ῥώμην. Ita ap. Aesch. c. Ctesiph. pag. 647. R. (258. Bekk.) Ἄρθμιος ἐπιδημήσας εἰς τὴν πόλιν, πρόξενος ὢν τοῦ δήμου τῶν Ἀθηναίων. Graeci enim ἐπιδημεῖν εἰς, ἐπὶ, ἐν et simpl. cum dativo. Hoc in loco, quum probabile sit, Cerdonem paulo post adventum suum in urbem Romam haeresin illam proposuisse, vulgatum retinendum esse arbitror. Paulo infra autem usum verbi ἐπιδημεῖν c. dat., quem grammatici praecipiunt, egregie comprobatum videbis. — l. 6. ἐπισκοπῆς διαδοχῆς. Atqui vulgatam scripturam magis probo, quum hoc vocabulum vett. Graecis plane ignotum, idonea scriptorum eccless. auctoritate nitatur**). Sic Sozomen. 5, 16. τὰ ἐπισκοπικὰ συγγράμματα. Adv. ἐπισκοπικῶς Athanas. Tom. 1. p. 573 C. ed. Commelin. — l. ult. διδασκάλιον. ib. Ὁ δ' αὐτός. p. 320. l. 4. καταλήξαι, non male, vid. c. 15. p. 321. l. 2. a fin. τω βία τἀνδρός. p. 322. l. 2. τὸν θεόν. p. 323. l. 4. ἑτέρους deest. l. 8. δὲ αὐτόν.

C. 12. p. 323. l. 2. a fin. καὶ συγκρισμῷ. l. ult. φιλοσόφῳ (,) Και-

*) Cf. quae monui in Addend. T. III. p. 557 extr. H—n.

**) Adde illud indic. verb., ubi casu a me omissum est. H—n.

σαρος, bene. pag. 325. l. 2. τῆς Συρίας Παλαιστίνας. lin. 3. ἔντευξιν ποιήσομαι.

C. 13. p. 326. l. 2. a fin. Καίσαρ. vid. Vales. ad h. l. p. 327. l. ult. ἐμβάλετε. p. 328. l. 1. ἐκείνοις αἱρετὸν, et recte quidem. p. 329. l. 1. τῷ δοκεῖν κατηγορουμένοις. p. 330. l. ult. τὰ ἡμέτερα. ibid. εὐπαρρησιαστότεροι γίγνονται. p. 331. l. 6. ὑμῶν ἔγραψαν. l. 7. εἰ μηδὲν φαινοῖντο περὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων, quod valde placet. Articulus enim, qui h. l. facillime intercidit, quam maxime desideratur. Ita infra libr. 8. c. 25. in verbis: τὴν πρὸς ἀλλήλους ἡμᾶς ἀγάπης ἐντολὴν, non dubito, quin vera sit Zimmermanni coniectura legentis: τὴν τῆς πρὸς κ. τ. λ. Mutuus enim ille amor, quo summa religionis Christianae continetur, qualis sit et unde oriundus, aeque certum, atque illud, Romanos Imper. Antonino maximam Asiae partem in potestate habuisse. Longe autem diversus est locus Clementis Alex. admonit. ad gentes p. 47. Pott. (p. 35 C. Sylb.) οἱ ζωγράφοι πάντες τῆς Ἀφροδίτης εἰκόνας πρὸς τὸ κάλλος ἀπεμιμοῦντο Φρύνης, quem Schaefer. ad Gregor. Cor. p. 1048 articulo bis interposito ita emendandum esse censet: οἱ ζ. π. τὰς τῆς Ἀφροδ. εἰκόνας π. τ. κ. ἀπ. τὸ Φρύνης. Sensus hic esset: omnes pictores Veneris simulacra (omnia) ad Phrynes pulchritudinem imitando conformarunt; quod multum abhorret a vero. Nam et alias feminas venustas atque ipsas adeo Imperatorum Roman. uxores imitando expressas esse satis notum est. Verissime igitur Clemens, omnes pictores, scribit, imagines (quasdam) Veneris ad Phrynes pulchritudinem imitatione referebant; quod nos: alle Maler haben Bilder (nicht: die Bilder) der Venus nach der Schönheit der Phryne gefertiget. Cf. infra c. 15 etc. — Ib. l. 9. οἷς καὶ. p. 332. l. 3. πρὸς αὐτοκράτορα οὔηρον. l. 4. χρησιμωτάτη deest, non male.

C. 14. p. 334. l. 12. ἐπέστρεψεν ἐπὶ τὴν ἐκκλ. satis probabiliter. Etenim Graeci ἐπιστρ. εἰς τὴν γῆν, χώραν, οἰκίαν etc. sed plerumque ἐπὶ τὸν θεὸν, στοιχεῖα etc. cf. Deut. 31, 18. 20. Ies. 45, 22. Act. 11, 21. Gal. 4, 9 et sexcenties alibi. l. 3. a fin. ἀλλ' εἰπών. p. 335. l. 1. ἐπιγινώσκεις et recte quidem. Ἐπιγινώσκειν respondet h. l. Latin. agnoscere, nostro anerkennen, uti est in illo Iuliani imperat. epigrammate τίς; πόθεν εἶς, Διόνυσε; μὰ γὰρ τὸν ἀληθέα Βάκχον, οὔ σ' ἐπιγινώσκω· τὸν Διὸς οἶδα μόνον, et ap. Mth. 17, 12. οὐκ ἐπέγνωσαν αὐτὸν (τὸν Ἠλίαν). Male igitur Schleusn. in lex. s. h. v. in utroque Matth. et Eusebii loco amandi, venerandi significationem inesse dicit. Polycarpus enim ambiguo hoc verbo eleganter utitur, uti nos diceremus: erkennst du mich an? ich erkenne (sehe in dir) den Erstgebornen des Satans. Itaque pronomine σὲ, quod nonnullis placuit, vid. Zimmerm. ad h. l., minime opus est.*) — Ib. l. ult. ὅ γέ τοι. p. 336. l. 1. αὐτῷ γραφῇ.

C. 15. pag. 336. l. ult. ἐγγράφως ἤδη. p. 337. l. 1. τῆςδε abest,

*) Recte quidem. Sed ἐπιγινώσκεις an legendum sit ex cod. Dresd.

verissime. l. 2. *κατὰ Πόντον* l. 3. *τῇ ἐκκλησίᾳ τοῦ Θεοῦ τῇ παροικούσῃ ἐν Φιλομηλίῳ*. l. 7. *ἡμῶν*, quod aptius esse videtur. p. 340. l. 1. *καὶ θεωμένους*. p. 343. l. 1. *θαλάσσης*. l. 4. *ἱστοροῦσι*. l. 7. *προβαλομένου*. l. 8. *μελῆσαι* et sic semper. pag. 344. l. 2. *θεοφιλεῖ* solemnis hic error, cf. Bast. ad Gregor. Cor. p. 278 sqq. — l. ead. *καθ' ὅλου*. l. 3. *ἐπιβοῶν*. ib. *αἶρε*. l. 5. *τινὰ* deest. l. 12 *ἐπικατατολμᾶν*. Neque male; hoc enim vocabulum, quod, quantum scio, nusquam alias legitur, a librariis aut in *ἐπιτολμᾶν*, aut in *κατατολμᾶν* immutatum est. Ita *ἐπικατάρατος* saepius legitur in N. T. pro compos. *κατάρατος*. — l. 2. a fin. *ὑπὲρ κεφαλῆς αὐτῷ*, *ὑπὲρ* et *ὑπὸ* cf. Bast. comm. palaeogr. ad Greg. Cor. p. 846. Valcken. diatr. in Eurip. p. 141. De more vett., qui somnia capiti dormientis adstare dicebant, Hom. Il. 2, 20. 23, 68. Valer. Flacc. 4, 24. etc. vid. Heyn. ad Homer. Tom. 4. p. 200. — p. 345, l. 5. *αὖθις πρὸς*, quod ipsum, si grammaticam horum vocabulorum rationem spectamus, valde placet. Smyrnenses enim Christiani Polycarpum in aliam villam ipsis quasi manibus traxisse, ab h. l. est alienum, imo prae nimio in eum amore *in caussa* fuerunt, ut illuc migraret, add. Porson ad Eurip. Hec. p. 60 sq. — l. fin. *ἐφ' ἕτερον*. l. 12. *τὸ θέλημα τοῦ θεοῦ*. l. 3. a fin. *εὐχομένου αὐτοῦ*. *ἀκροωμένοις*. p. 346. l. 2. a fin. *ἤγαγον*. p. 347. l. 2. *μετατεθέντες*. p. 348. l. 9. 10. *εἰσιόντι τὸ στάδιον*. Sed vulg. magis probatur, vid. Exod. 28, 29, 35. Act. 3, 3. Hebr. 9, 6. — l. 4. a fin. *οὐδεὶς εἶδε*. cf. Koen. ad Greg. Cor. p. 55 sq. Duker ad Thuc. l. 8. p. 556. — p. 349. l. 3. *λέγειν ἐστίν*. l. 8. *λοιδόρησον*. l. 12. 13. verba *ὁ Πολύκαρπος — τὴν Καίσαρος τύχην* ob homoeoteleuton desunt. l. 1. a fin. *ἔφη· θηρία*. p. 350. l. 1. *εἶπε*. l. 4. *καταφρονεῖς*. l. 8. *τί βραδύνης*. l. 9. *ἕτερα πλείω τουτων λέγων*. l. 13. *ἐν μεσῷ τοῦ σταδίου*, et ita sexcenties apud LXX et scriptt. ecclesiast. l. 5. a fin. *τῶν ἐθνῶν*. p. 352. l. 6. *συναγόντων*. l. 9. *εἰς ταῦτα*. p. 353. l. 9. *πασης κτίσεως*. p. 355. l. 9. *κομφεύκτορα*. Male. Gloss. Basilic. *καμφάκτωρ· κατασκευαστής*. Ita est in actis S. Meletii n. 39. *τελεσάντων δε αὐτῶν τὴν εὐχὴν προσῆλθεν αὐτῷ ὁ κομφέκτωρ κ. τ. λ.* et Ado in actis S. Polycarpi d. 26. Ian., „iusserunt propius accedere confectores." pag. 355. l. 5. a fin. *τὸν τῆς ἀφθ. στεφάνον*. l. ult. *ὑπέβαλον οὖν*. p. 356. l. 1. *δὲ Δάλκης*. l. 2. *ἡγεμῶνι*. l. 3. *ἔρξονται*. l. 4. *ὑποβαλλόντων*. p. 357. l. 3. *ὄντα υἱόν*. l. 5. *μαθητὰς καὶ μιμητὰς τοῦ κυρίου*. p. 358. l. 4. a fin. *γεννεθλιον*. ib. *εἴς τε τὴν τῶν*, vid. annot. ad c. 13. l. 1. a fin. *τοῦ ἐν Σμ. μαρτυρήσαντος*. p. 360.

---

et reliquis, quod praetulit quoque Walch. Entwurf einer vollständigen Historie der Ketzereien T. I. p. 499., me dubitare fateor. Nam elegantior ambiguitas illa de qua monet amicissimus Gersdorfius, minime tollitur quamvis *ἐπιγίνωσκε* legatur, contra interrogatio quae, si *ἐπιγινώσκεις* legitur, existit (cf. Valesius ad h. l.), nescio quid frigidi afferre videtur et non male vertisse puto Strothium: „sieh doch wer ich bin" et: „ich sehe den Erstgebornen des Satans." H—n.

l. 2. ἐκκλησία. p. 363. l. 5. διδασκαλίας τε καὶ δημηγορίας. l. 11. πληρέστατην περὶ αὐτοῦ γραφήν. l. 4. a fin. ἐνεσκευασμένην.

C. 16. p. 364. l. 2. a fin. καταρτήσαντος. ib. παρόντων deest. p. 365. l. ult. κἂν ἐν ξύλῳ. ib. ἢ κἂν p. 366. l. 1. ἢ καὶ φιλοκ. l. 6. πολὺ χείρων. l. 4. a fin. ἀγενῆ et ita Zimm. Ἀγενὴς is dicitur, cui liberi, γένη non sunt, inde degener, improbus. Ita ap. Dionys. Halic. T. 4. p. 2210 R. τῶν ἀγενέστερων αἱ φύσεις, al. ἀγεννέστ. — p. 367. l. 5. ἢ ἐπίσταται. l. 6. ἀκούοντες οὐ. p. 368. l. 1. ἐν συγγράμμασιν. l. 5. ἐνιστεύσας. l. 6. ὑπερήνεγκεν. l. 9. μεγάλῳ κακῷ. l. 11. ἐξήλεγχεν.

C. 17. p. 367. l. 2. a fin. κατ' αὐτὸν μαρτυρίου. p. 369. l. 2. γυνὴ δέ τις. p. 370. l. ult. ἀλλοτρίων. p. 371. l. 4. a fin. χαλεπότερα. l. 3. a fin. γίνηται. p. 372. l. 1. καὶ ἀγαθὸς. p. 373. l. 5. ἀνέδωκε. p. 374. l. 1. διολκηδὸν ὑπέσχετο non male. l. 5. a fin. ἤχθη ὁ ἄνθρ. et recte quidem, quum illud ἦλθεν ex interpretamento ortum sit. Ita ap. Ies. 53, 7. ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, ubi Grabius in diss. de vitiis LXX. p. 39. apud Clem. Alex. et Iust. M. rectius ἥκει legi dicit. Sed ἄγεσθαι ἐπὶ τινὰ de iis dicitur, qui quamvis sponte sequuntur, cupidius tamen et cum singulari quodam studio ducuntur, vid. Proverb. 9, 22. Xen. Cyrop. 1, 6. 19. Aeschin. c. Ctes. 61, 30. p. 443 R. Add. Tittmann lex. technol. ad Zonar. T. 1. p. LXXVIII. Heyn. ad Homer. T. 5. pag. 242. — Ib. l. 2. a fin. ἀπὸ τοῦ θεοῦ διδαχὴν. l. ult. εἴη, κατεγνωκὼς. p. 375. l. 5. οὕτω, cf. annot. ad c. 9. et 11. l. 8. προσωνυμίαν.

C. 18. p. 376. l. 9. ἀναπέμψωμεν. l. 14. δεδηλουμένου. l. 4. a fin. κατάτινας. l. 2. a fin. ἂν ἐπείγει non male. p. 378 l. 1. προτείνας deest. l. 10. κατὰ τῆς Χριστοῦ, vid. ad c. 13. l. 13. κακοῖς quod et Valesio placuit. l. 6. a fin. εἰς ἅπασαν. l. 4. a fin. πάντες λέγουσιν. p. 379. l. 5. οὑτωσὶ σπουδῆς. l. 7. ὡς τῷ τετάρτῳ. l. 10. οὐκ ἄν.

C. 21. p. 380. l. 4. a fin. ὡς ἴσμεν.

C. 22. p. 381. l. 8. συμμίξειεν. l. 10. μεγάλα τινὰ. p. 382. l. 1. et 2. librarius ab homoeoteleuto deceptus omisit vocabula καὶ παρὰ — — Ἐλεύθερος. l. 3. κηρύσσαι. l. 2. a fin. ἄρχεται γάρ. l. ult. ὧν. p. 383. l. 2. ὅθεν καὶ Κλεοβιηνοί. p. 384. l. 1. 2. γοροθηνοὶ καὶ μασβώθεοι ὅθεν ἀπὸ τούτων Ἀδριανισταὶ καὶ μαρκιανισταί. l. 3. Βασιλιδιανοί. Multum in his variant libri scripti, quum alioquin ignota essent librariis haec haereticorum nomina. Theodoret. haeret. fabb. 1, 1. (Tom. 4. P. 1. p. 288 Sch.) ubi sectas hasce, quas ex Simonis Magi asseclis ortas esse dicit, recensuit, ἀλλ' οὗτοι πάντες, addit, οὐκ ἐπὶ πλεῖστον διήρκεσαν, ἀλλὰ λήθῃ παντελεῖ περιεδόθησαν. Sed vetustissimum aliquod in hoc loco latere videtur vitium, et vereor magnopere, ne Eusebius ipse inprimis in illis Masbothaeis (scr. Masbotheis) dormitaverit, quum duas eiusdem nominis commemoret haereticorum familias, Iudaicam et Christianam; quae una tantummodo extitit Iudaeorum cultui quam maxime adversaria. Sed de his alias. Vidd. Ugolini thes. antiquitt. eccless. Tom. 22. p. 681—686. N. Serarrii Minerval. l. 3. c. 8. p. 67 sq. I. Scaliger elench. trihaeres.

c. 3. p. 377—381 et all. Nicephorus autem et Rufinus quum viderent, reliquarum haeresium primos auctores recenseri, a quibus istae nomen ducerent, Masbothaeanos eos dixere, eorumque originem a Masbotheo quodam repetere maluerunt. Sed haud parum his similibusque coniecturis errasse vett. scriptores eccless., non est quod pluribus demonstrem. Unus sufficiat Theodor. locus, haeret. fabb. 1, 12. ὁ Περατικὸς — ἀφ' οὗ Περατικοὶ προσηγορεύθησαν. Clem. Alex. Strom. 7. p. 688. Pott. (765 C. Sylb.) τῶν δὲ αἱρέσεων αἱ μὲν ἀπὸ ὀνόματος προσαγορεύονται, ὡς ἡ ἀπὸ Οὐαλεντίνου — αἱ δὲ ἀπὸ τόπου, ὡς οἱ Περατικοὶ κ. τ. λ. — p. 384. l. 4. παρεισηγάγοσαν*). p. 385. l. 3. ἢ τῶν. Stroth. ἢ τῶν, non male. Sed vide quid in his vocabulis insit vitii; nam sana haec omnia esse vix crediderim. l. 1. a fin. Μασβωθεοί.

C. 23. p. 388. l. 4. a fin. κατηχιτικῆς. p. 390. l. 5. πρῶτος τοῖς ἐν Ἀθήναις. (l. 6. leg. τὴν ἐπ.) l. ult. ὡς ἂν ἐπὶ πλείσταις. ib. ἀνδραγαθίαις μαρτυρουμένας. p. 391. l. 4. αὐτῷ ἐπὶ τῷ γράψαι. l. 5. παρατίθηται. l. 10. Κνωσίους. l. 7. a fin. νηπιώδη. p. 392. l. 2. ἡμῖν ἔθος. l. 6. πέμπεται. l. 3. a fin. ἐπιχορηγῶν. pag. 393. l. 4. ἀνέγνωμεν. l. 5. ἔχομεν. p. 394. l. 4. ἃ μὲν οὐκ. l. ult. ἐπιβεβουλεύκασι.

C. 24. p. 396. l. 4. τῶν Χριστοῦ. ib. αὐτοὺς deest.

C. 25. p. 396. l. 6. a fin. σπουδαιότατον τε. l. 4. Εἰρηναῖος δὲ, recte. l. 3. εἰς ἔκδηλον.

C. 26. p. 399. l. 1. φιλοξενίας καὶ ὁ περὶ ψυχῆς καὶ σώματος καὶ ἡ κλεῖς. p. 400. l. 4. ζητήσεις πολύ. l. 6. καὶ ἐγράφει. l. 7. ὃν ὡς ἐξ αἰτίας. l. 9. καθ' ἡμῶν τινά. p. 401. l. 11. δημώδη. p. 402. l. 8. καὶ τῷ της. l. 5. a fin. συκοφαντίας. p. 403. l. 1. ἡγουμένῳ δεῖ. l. 6. καὶ σοφωτέρω. l. 9. τὸ προοίμιον αὐτὸ. l. 11. καταλέξαι γράφει δὲ οὕτως. l. 16. ἐπιμιγὰς σοὶ. l. 17. τάξιν εἰδέναι. ib. τὸ τοιοῦτον. l. 7. a fin. πρὸς τὸν θεόν. l. 5. a fin. ἐπράχθη ἀκριβῶς. l. 3. a fin. Μωυσέως. ib. ἀριθμοὶ λευιτικόν.

C. 27. Nulla h. l. in cod. Dresd. capitis distinctio, vid. Vales. ad h. l. p. 404. l. 2. a fin. ἀπολλιναρίου. p. 405. l. 2. vocabula καὶ πρὸς — δεύτερον non leguntur, et recte quidem. p. 406. l. 2. ψευδοπροφήτησιν.

C. 28. Haec quoque cum superioribus arctius coniungit cod. Dresd., nulla enim legitur capitis incisio. p. 407. l. 4. εἰςάγουσαν τῷ βίῳ.

C. 29. (cod. Dresd. 27.) p. 407. l. 9. παρατεθήμεθα. l. 10. δηλοῖ δὲ ὁ Εἰρηναῖος. ib. πρώτῳ τῷ. p. 408. l. 7. διδασκαλίου. l. 4. a fin. γάμον, φθοράν. l. 1. a fin. σεβῆρος τίς οὔνομα. p. 409. l. 2. Σεβηριανῶν. l. 5. μὴ δὲ. p. 410. l. 2. a fin. ἐν ᾧ τῶν.

C. 30. (cod. Dresd. 28.) p. 411. l. 7. πληθοῦσαν. l. 11. τῇ ἰδίᾳ

---

*) Hoc quod conieci antea in Varr. Lectt. T. III. p. 315., cod. Dresd. exhibere laetor. H — n.

παρέδωκε γλώττῃ, quod ex codd. auctoritate praeferendum esse ai bitror. Error librariorum in his vocabulis satis frequens, quum alterum alteri interpretamenti caussa substituatur. Ita apu Diodor. Sic. 14, 82. Tom. 1. p. 707. Phocenses copias suas dimi sisse dicuntur εἰς τὰς ἰδίας πατρίδας, ubi codd. nonn. οἰκείας legunt Dionys. Hal. antiqu. Rom. T. 2. pag. 805 R. de Bruto stultitiam simulante dicit: ὁ Ταρκύνιος διαιτᾶσθαι αὐτὸν μετὰ τῶν οἰκείων παι δων ἐπέτρεπεν, cod. Vat. ἰδίων. — p. 412. l. 5. ὀρθωτέραν.

Quod praeterea ex me petiisti ut, quam lectionem cod Dresdensis exhibeat in loco illo vexatissimo Eusebii 5, 24 T. 2. p. 117 sqq. inde a verbis: Οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέρα δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, usque ad illa: συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν ibi cod. Dresd. ad singula verba cum editione Valesii consen tit, neque quidquam est in verbis istis, quo codex et textu receptus inter se differant *). Hoc unum addo, caput XXV. vocabulis: Οὗτοι πάντες ἐτήρησαν κ. τ. λ. (p. 114.) initium capere ita ut locus ille suspectus in cod. nostro non vicesimo quart capiti, sed vicesimo quinto annumeretur.

Sed in his subsistendum est. Tu autem hoc munusculum peto abs Te ut in bonam partem accipias, neque ex sua, sed e animi mei magnitudine metiaris. Ita vale, meque Tui studiosis simum amare perge.

Scrib. Dresdae nonis Decembr. A. CIƆIƆCCCXXVIII.

---

*) Comprobatur igitur ita nova auctoritate quod in Excurs. VII. T III. p. 377 sqq. fusius demonstrare studui, lectionem Valesianam ill loco vexatissimo Eusebii quamvis nec ipsa prorsus sana videatur, tame reliquis scripturis esse praeferendam ideoque haud temere a me in text retentam. H—n.

EUSEBII

HISTORIAE

ECCLESIASTICAE

LIBRI X.

ΕΥΣΕΒΙΟΥ

ΤΟΥ ΠΑΜΦΙΛΟΥ

Ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας

Λόγος η.

ΠΡΟΟΙΜΙΟΝ.

Τὴν τῶν ἀποστόλων διαδοχὴν 1) ἐν ὅλοις ἑπτὰ περιγράψαντες βιβλίοις, ἐν ὀγδόῳ τούτῳ συγγράμματι τὰ καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς οὐ τῆς τυχούσης ἄξια ὄντα γραφῆς, ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἡγούμεθα 2) δεῖν εἰς γνῶσιν καὶ τῶν μεθ' ἡμᾶς παραδοῦναι· καὶ ὄρξεταί γε ὁ λόγος ἡμῖν ἐντεῦθεν.

---

1) *Διαδοχήν*. Cf. quae observavi ad Euseb. H. E. III, 25 not. 8. *H.* — 2) *Ἡγούμεθα δεῖν*. Ante haec verba codex Maz. quatuor addit voces hoc modo: ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων ἡγούμεθα, etc. Ita quoque codex Med. et Fuk. nisi quod in Med. quidem scriptum est ἔτι, in Fuk. vero ἔν τινι, etc. [De verbis ἕν τι τῶν ἀναγκαιοτάτων cf. quae observavimus ad Euseb. H. E. VI, 5 not. 5 p. 161. Adde locum perinsignem Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. VI, 41 p. 255. καὶ οὐκ οἶδ' εἴ τις, πλὴν εἰ μή που τις εἷς ἐμπεσὼν — τὸν κύριον ἠρνήσατο. Ubi eo differt τις εἷς ab simplici τις, quod illo significare voluit Dionysius unum ipsi *plane* ignotum et de quo nec leviter posset ipse suspicari. Simul magis etiam eo defendi videtur locus Actor. XIX, 14., ubi τινες ἑπτὰ iam tueri studuimus cum *Wahlio* in Clav. N. T. s. v. τὶς supra VI, 5 p. 161. cf. VIII, 6 init. X, 5 extr. *H.*]

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Α.

Περὶ τῶν πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ.

(Nic. H. E. VII, 2.)

"Οσης μὲν καὶ ὁποίας [1]) πρὸ τοῦ καθ' ἡμᾶς διωγμοῦ δόξης ὁμοῦ καὶ παῤῥησίας ὁ διὰ Χριστοῦ τῷ βίῳ κατηγγελμένος τῆς εἰς τὸν τῶν ὅλων θεὸν εὐσεβείας λόγος παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις Ἕλλησί τε καὶ βαρβάροις ἠξίωτο, μεῖζον ἢ καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως διηγήσασθαι. Τεκμήρια δ' ἂν γένοιτο τῶν κρατούντων αἱ περὶ τοὺς ἡμετέρους δεξιώσεις· οἷς καὶ τὰς τῶν ἐθνῶν ἐνεχείριζον ἡγεμονίας, τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας [2]) κατὰ πολλὴν ἣν ἀπέσωζον περὶ τὸ δόγμα φιλίαν, αὐτοὺς ἀπαλλάττοντες. Τί δεῖ περὶ τῶν κατὰ τοὺς βασιλικοὺς λέγειν οἴκους, καὶ τῶν ἐπὶ πᾶσιν ἀρχόντων; οἳ τοῖς οἰκείοις εἰς πρόσωπον ἐπὶ τῷ θείῳ παῤ-

---

Cap. I. 1) "Οσης μὲν καὶ ὁποίας. Ab iis verbis inchoatur caput primum in vetustissimo codice Mazarino, et in Rufini editionibus. — 2) Τῆς περὶ τὸ θεῖον ἀγωνίας. Codex Med. et Maz. veram huius loci scripturam retinuerunt, περὶ τὸ θύειν, quam Gruterus etiam in libris sui repererat. Rectores provinciarum diis ipsisque imperatoribus sacrificare oportebat, et sacrificiis interesse. Quae causa erat, ut Christiani a magistratibus abstinerent, et provinciarum administrationem, quae ipsis a principe deferebatur, respuerent. [Τῆς ἀγωνίας Vales. vertit: *a sacrificandi metu*, Strothius: *von der Verlegenheit zum Opfern*. Ille haud dubie melius. Dicitur enim ἀγωνία de quavis ingentiori animi conflictatione et perturbatione. Vid. *Paulus Commentar über das N. T.* T. III p. 625 sqq. ad Luc. XXII, 44. ubi Christus dicitur γενόμενος ἐν ἀγωνίᾳ. Cf. Mtth. XXVI, 37. ἤρξατο λυπεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν Marc. XIV, 33. ἤρξατο ἐκθαμβεῖσθαι καὶ ἀδημονεῖν. Euripid. Androm. v. 337. *Servius* ad Virg. Aen. XII, 733. „trepidat" dum turbatur festinat; quod Graecis: ἐν ἀγωνίᾳ ἐστιν. Optime igitur h. l. τῆς περὶ τὸ θύειν ἀγωνίας reddas: *a sacrificandi trepidatione*: quam vere Christianis non poterat non iniicere vox conscientiae. Ut enim inquit Cic. pro Mil. 23., *Magna vis est conscientiae et magna in utramque partem* et Curt. VIII, 1. *trepidatio conscientiae indicium est.* Cf. Liv. II, 24 Curia moesta ac *trepida ancipiti metu.* Cic. de orat. III, 42. Catull. carm XLVII, 7. de adventu veris: Iam *mens praetrepidans* avet vagari. *H.*] —

ῥησιαζομένοις λόγῳ τε καὶ βίῳ, συνεχώρουν γαμεταῖς [3], καὶ παισὶ καὶ οἰκέταις, μονονουχὶ καὶ ἐγκαυχᾶσθαι ἐπὶ τῇ παῤῥησίᾳ τῆς πίστεως ἐπιτρέποντες· οὓς ἐξόχως καὶ μᾶλλον τῶν συνθεραπόντων ἀποδεκτοὺς ἡγοῦντο. Οἷος ἐκεῖνος ἦν Δωρόθεος [4], πάντων αὐτοῖς εὐνούστατός τε καὶ πιστότατος, καὶ τούτων ἕνεκα διαφερόντως παρὰ τοὺς ἐν ἀρχαῖς καὶ ἡγεμονίαις [5] αὐτοῖς τιμιωτάταις ἐντιμότατος· ὅ, τε σὺν αὐτῷ περιβόητος Γοργόνιος, καὶ ὅσοι τῆς αὐτῆς ὁμοίως τούτοις ἠξίωντο διὰ τὸν τοῦ θεοῦ λόγον τιμῆς. Οἵας τε καὶ τοὺς καθ' ἑκάστην ἐκκλησίαν ἄρχοντας παρὰ πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν [6] ἀποδοχῆς καὶ θεραπείας καὶ δεξιώσεως οὐ τῆς τυχούσης ἦν ὁρᾶν ἀξιουμένους. Πῶς δ' ἄν τις διαγράψειε τὰς μυριάνδρους ἐκείνας ἐπισυναγωγὰς [7], καὶ τὰ πλήθη τῶν κατὰ πᾶσαν πόλιν ἀθροισμάτων, τάς

---

3) Γαμεταῖς. Haec verba de imperatorum coniugibus intellexit Christophorsonus, quibus scilicet imperatores permiserint, Christianam fidem libere profiteri. Sed quae sequuntur, sensum hunc aperte refutant. [Valesius vertit: *eorumque* i. e. οἰκείων *uxoribus* et Stroth. *ihren Gemahlinnen*. Sed recte monuit *Pagi* ad a. 302 n. VIII. ex Lactant. de mort. persecut. cap. XV. L. sq. constare tam uxorem Diocletiani *Priscam*, quam *Valeriam* eius filiam et Galerii Maximiani coniugem, Christianas fuisse et Eusebium hoc nonnisi tectius indicare. *H.*] — 4) Δωρόθεος. Hic Dorotheus erat praepositus cubiculi imp. Diocletiani, aut Galerii caesaris. Sic enim scribit metaphrastes in actis martyrum Indis et Domnae cap. 23. *Qui etiam adversus Dorotheum, qui gloria quidem et civili dignitate erat insignis, ut qui praepositus vocaretur ab Italis, pietate autem erat insignior, adversus eum ergo et Mardonium et Mygdonium et Indem et quosdam alios, immittunt tela calumniae.* — 5) Καὶ ἡγεμονίαις. Codex Med. Fuket. et Maz. aliquot voces hic addunt, καὶ ἡγεμονίαις αὐτοῖς τιμιωτάταις ἐντιμότατος. — 6) Ἀνθρώποις καὶ ἡγεμόσι. In codice Med. Fuk. Sav. et Maz. scribitur παρὰ πᾶσιν ἐπιτρόποις καὶ ἡγεμόσιν ἀποδοχῆς ἦν ὁρᾶν ἀξιουμένους, resectis sex voculis quae in vulgatis editionibus et in codice Regio leguntur. — 7) Ἐπισυναγωγάς. Musculus vertit *numerosas aggregationes*, Christophorsonus *conventus*. Utitur hac voce Paulus in epistola 2 ad Thessalonicenses cap. 2. ἐρωτῶμεν δὲ ὑμᾶς, ἀδελφοὶ, ὑπὲρ τῆς παρουσίας τοῦ κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ἡμῶν ἐπισυναγωγῆς ἐπ' αὐτόν. Id est: *rogamus autem vos, fratres, per adventum domini nostri Iesu Christi, et per nostram ad ipsum congregationem.* Ἐπισυνάγειν proprie est dispersos variis ex locis in unum colligere. Quo sensu Dionysius Corinthiorum episcopus in epistola ad Athenienses eam vocem usurpat, de Quadrato loquens Athenarum episcopo: ἐπιμαρτυρῶν ὡς διὰ τῆς αὐτοῦ σπουδῆς ἐπισυναχθέντων, καὶ τῆς πίστεως ἀναζωπύρησιν εἰληχότων.

τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς; ὧν δὴ ἕνεκα μηδαμῶς ἔτι τοῖς παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν ἀρκούμενοι, εὐρείας εἰς πλάτος ἀνὰ πάσας τὰς πόλεις ἐκ θεμελίων ἀνίστων ἐκκλησίας 8). Ταῦτα δὲ τοῖς χρόνοις προϊόντα, ὁσημέραι τε εἰς αὔξησιν καὶ μέγεθος ἐπιδιδόντα, οὐδεὶς ἀνεῖργε φθόνος, οὐδέ τις δαίμων πονηρὸς οἷός τε ἦν βασκαίνειν, οὐδ᾽ ἀνθρώπων ἐπιβουλαῖς κωλύειν, ἐς ὅσον ἡ θεία καὶ οὐράνιος χεὶρ ἐσκεπέ τε καὶ ἐφρούρει, οἷα δὴ ἄξιον ὄντα τὸν ἑαυτῆς λαόν· ὡς δὲ ἐκ τῆς ἐπὶ πλέον ἐλευθερίας, ἐπὶ χαυνότητα καὶ νωθρίαν τὰ καθ᾽ ἡμᾶς μετηλλάττετο, ἄλλων ἄλλοις διαφθονουμένων καὶ διαλοιδορουμένων, καὶ μονονουχὶ ἡμῶν αὐτῶν ἑαυτοῖς προσπολεμούντων ὅπλοις, εἰ οὕτω τύχοι, καὶ δόρασι τοῖς διὰ λόγων, ἀρχόντων τε ἄρχουσι προσρηγνύντων, καὶ λαῶν ἐπὶ λαοὺς καταστασιαζόντων, τῆς τε ὑποκρίσεως ἀφάτου καὶ τῆς εἰρωνείας ἐπὶ πλεῖστον ὅσον κακίας προϊούσης, ἡ μὲν δὴ θεία κρίσις οἷα φίλον αὐτῇ πεφεισμένως, τῶν ἀθροισμάτων ἔτι συγκροτουμένων, ἠρέμα καὶ μετρίως τὴν αὐτῆς ἐπισκοπὴν ἀνεκίνει, ἐκ τῶν ἐν στρατείαις ἀδελφῶν καταρχομένου τοῦ διωγμοῦ. Ὡς δ᾽ ἀνεπαισθήτως ἔχοντες, οὐχ ὅπως εὐμενὲς καὶ ἵλεω καταστήσεσθαι 9) τὸ θεῖον προὐθυμούμεθα, οἷα δέ τινες ἄθεοι ἀφρόντιστα καὶ ἀνεπίσκοπα τὰ καθ᾽ ἡμᾶς ἡγούμενοι, ἄλλας ἐπ᾽ ἄλλαις προσετίθεμεν κακίας· οἵ τε δοκοῦντες ἡμῶν ποιμένες τὸν τῆς θεοσεβείας θεσμὸν παρωσάμενοι, ταῖς πρὸς ἀλλήλους ἀνεφλέγοντο φιλονεικίαις, αὐτὰ δὴ ταῦτα μόνα, τὰς ἔριδας καὶ τὰς ἀπειλάς, τόν τε ζῆλον καὶ τὸ πρὸς ἀλλήλους ἔχθος τε καὶ μῖσος ἐπαύξοντες, οἷά τε τυραννίδας τὰς φιλαρχίας ἐκθύμως διεκδικοῦντες· τότε δὴ τότε κατὰ τὴν φάσκουσαν τοῦ Ἱερεμίου 10)

Quae verba refert Eusebius in lib. IV. cap. 23. Male igitur Christophorsonus hoc loco *conventus* interpretatur. Subdit enim Eusebius: *καὶ τὰ πλήθη τῶν ἀθροισμάτων, τάς τε ἐπισήμους ἐν τοῖς προσευκτηρίοις συνδρομάς:* quibus verbis conventus ecclesiasticos haud dubie designat. Quare vox *ἐπισυναγωγὰς* aliud significet necesse est, congregationes scilicet ut dixi, eorum qui se ad Christi fidem adiungunt. Sic Dionysius Alexandrinus in libro II. de promissionibus adversus Nepotem, cuius verba refert Eusebius in capite 23. lib. VII. — 8) *Ἐκκλησίας.* Apte laudavit *Reading.* locum ex Isidor. Pelus. epist. II, 246. *ἄλλο ἐστὶν ἐκκλησία, καὶ ἄλλο ἐκκλησιαστήριον· ἡ μὲν ἐκ τῶν ἀμώμων ψυχῶν συνέστηκε, τὸ δ᾽ ὑπὸ λίθων καὶ ξύλων οἰκοδομεῖται.* — 9) Pro *ἵλεω καταστήσεσθαι* Cast. *ἵλεων καταστήσασθαι.* *H.* — 10) *Ἐκθύμως διεκδικοῦντες*, dum scilicet episcopi inter se certant de honoris praerogativa, aut de finibus par-

φωνήν, „ἐγνόφωσεν ἐν ὀργῇ αὐτοῦ κύριος τὴν θυγατέρα Σιών, καὶ κατέῤῥιψεν ἐξ οὐρανοῦ εἰς γῆν δόξασμα Ἰσραήλ, οὐκ ἐμνήσθη τε ὑποποδίου ποδῶν αὐτοῦ ἐν ἡμέρᾳ ὀργῆς αὐτοῦ· ἀλλὰ καὶ κατεπόντισε κύριος πάντα τὰ ὡραῖα Ἰσραήλ, καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ.“ Κατά τε τὰ ἐν ψαλμοῖς[11]) προθεσπισθέντα, „κατέστρεψε τὴν διαθήκην τοῦ δούλου αὐτοῦ, καὶ ἐβεβήλωσεν εἰς γῆν διὰ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως τὸ ἁγίασμα αὐτοῦ, καὶ καθεῖλε πάντας τοὺς φραγμοὺς αὐτοῦ, ἔθετο τὰ ὀχυρήματα αὐτοῦ δειλίαν· διήρπασάν τε τὰ πλήθη τοῦ λαοῦ πάντες οἱ διοδεύοντες ὁδόν. Καὶ δὴ ἐπὶ τούτοις ὄνειδος ἐγενήθη τοῖς γείτοσιν αὐτοῦ. Ὕψωσε γὰρ τὴν δεξιὰν τῶν ἐχθρῶν αὐτοῦ, καὶ ἀπέστρεψε τὴν βοήθειαν τῆς ῥομφαίας αὐτοῦ, καὶ οὐκ ἀντελάβετο αὐτοῦ ἐν τῷ πολέμῳ· ἀλλὰ καὶ κατέλυσεν ἀπὸ καθαρισμοῦ αὐτόν, καὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ εἰς τὴν γῆν κατέῤῥαξεν· ἐσμίκρυνέ τε τὰς ἡμέρας τοῦ χρόνου αὐτοῦ· καὶ ἐπὶ πᾶσι κατέχεεν αὐτοῦ αἰσχύνην.“

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ Β.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν καθαιρέσεως.

(Nic. H. E. VII, 3.)

Συντετέλεσται[1]) δῆτα καθ᾽ ἡμᾶς ἅπαντα, ὁπηνίκα τῶν μὲν προσευκτηρίων τοὺς οἴκους ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὐτοῖς θεμελίοις καταῤῥιπτομένους[2]), τὰς δὲ ἐνθέους καὶ ἱερὰς γραφὰς κατὰ μέ-

---

— 2) *Τῶν δ' ἐπ' Ἀντιοχείας.* Apud Nicephorum legitur *τῶν δ' ἀπ' Ἀντιοχείας*, rectius sine dubio. [Ita scripsi praeeunte Zimmermanno. *H.*] Neque enim Lucianus Antiochiae passus est, sed Nicomediae, ut testatur Eusebius hoc loco, et Hieronymus in catalogo, et Rufinus ac Nicephorus. Quod etiam testatur ipse Lucianus in epistola quam scripsit ad Antiochenses, cum esset in carcere una cum aliis martyribus Nicomediae. Huius epistolae extrema verba referuntur in chronico Alexandrino ad annum primum persecutionis: *ἀσπάζεται ὑμᾶς χορὸς ἅπας ὁμοῦ μαρτύρων, εὐαγγελίζομαι δὲ ὑμᾶς, ὡς Ἄνθιμος ὁ πάπας τῷ τοῦ μαρτυρίου δρόμῳ ἐτελειώθη.* [Inferius verba *χοροῖς μαρτύρων* non satis recte vertit Valesius *in martyrum numerum* Stroth. *in die Zahl der Märtyrer.* Erat potius Valesio ipsum verbum *chorus* usurpandum, et Strothio vertendum: *in die Versammlungen der Märtyrer.* Similiter IV, 22 p. 387, *οὐ μόνον δὲ οὗτος, ἀλλὰ καὶ Εἰρηναῖος, καὶ ὁ πᾶς τῶν ἀρχαίων χορὸς*, ubi iterum minus apte vertit Valesius *omnes antiqui* pro: *totus antiquorum chorus.* Nam ut Graeci, ita Romani voce chorus utuntur de quovis coetu, et tum de hominum tum de rerum quadam universitate s. collectione. Quod ad Graecos attinet, vid. *Lennep.* post Coluth. p. 88. *Iacobs.* ad Achill. Tat. p. 469 sqq. cf. Lucian. in amoribus: *πολὺς ὀρχηστρίδων — χορὸς* pro quo Alciphron. epist. p. 50. ed. *Bergler. πλῆθος* dicit, *χορὸς* tamen eodem modo dicens p. 448. Chrysostom. Tom. VI. p. 274. A. T. XII. p. 389. A. *ποικιλὸς ἀστέρων χορός.* ibid. p. 388. A. *χορῷ θεριζόντων ἑαυτὸν ἐγκαθίσαι.* Vid. *Matthaei* ad h. l. (Chrysost. homm. Vol. II. p. 8 not. 15.), qui vero temere sollicitat ex mea sententia *ἐγκαθίσαι.* *Suicer.* Thes. T. II. p. 1528 sq. I. De Romanis, vid. Cicer. pro Muren. c. XXIV. stipatus *choro iuventutis.* de finib. I, 8 Epicurum paene *e philosophorum choro* sustulisti. de offic. III, 33. *chorus virtutum.* Horat. epist. II, 2, 77. *scriptorum chorus omnis.* Arnob. adv. gentt. II, 34 ed. *Orell.* Plato in Phaedone — aliusve in hoc *choro.* Sed tenendum illud quoque est, apud patres *χορὸς* etiam cognata priori significatione dici de iis, qui amice inter se consentiunt ac quasi conspirant in doctrina evangelica. vid. *Suicer.* l. l. p. 1529. II. Quae notio haud scio an sit potior apud Euseb. H. E. III, 32 ext. *Ὡς δ' ὁ ἱερὸς τῶν ἀποστόλων χορὸς διαφόρον εἰλήφει τοῦ βίου τέλος, παρεληλύθει τε ἡ γενεὰ ἐκείνη τῶν αὐταῖς ἀκοαῖς τῆς ἐνθέου σοφίας ἐπακοῦσαι κατηξιωμένων κ. λ.* Cf. praecedentia. Valesius vero vertit vel h. l. certe melius quam alibi: *sacer apostolorum coetus*, Strothius: *die heilige Gesellschaft des Apostel.* Melius hic vertisset: *der heilige Verein der Apostel.* Cf. Euseb. demonstrat. evangel. II, 4 p. 64 ed. Montac. *ἀλλ' ἐπεὶ τούτων περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ὁ τῶν ἀποστόλων*

λόγῳ πρότερον δι᾽ ἀπολογίας, εἶτα δὲ καὶ ἔργοις ἀνακηρύξας. Τῶν δ᾽ ἐπὶ Φοινίκης μαρτύρων γένοιντ᾽ ἂν ἐπισημότατοι τὰ πάντα θεοφιλεῖς τῶν λογικῶν Χριστοῦ θρεμμάτων ποιμένες, Τυραννίων ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Τύρον ἐκκλησίας, πρεσβύτερός τε τῆς κατὰ Σιδῶνα Ζηνόβιος, καὶ ἔτι Σιλβανὸς τῶν ἀμφὶ τὴν Ἔμισαν ἐκκλησιῶν ἐπίσκοπος. Ἀλλ᾽ οὗτος μὲν θηρίων βορὰ μεθ᾽ ἑτέρων ἐπ᾽ αὐτῆς Ἐμίσης γενόμενος, χοροῖς ἀνελήφθη μαρτύρων, τῶν δ᾽ ἐπ᾽ Ἀντιοχείας ἄμφω τὸν τοῦ θεοῦ λόγον διὰ τῆς εἰς θάνατον ὑπομονῆς ἐδοξασάτην, ὁ μὲν θαλαττίοις παραδοθεὶς βυθοῖς ὁ ἐπίσκοπος, ὁ δὲ ἰατρῶν ἄριστος Ζηνόβιος ταῖς κατὰ τῶν πλευρῶν ἐπιτεθείσαις αὐτῷ καρτερῶς ἐναποθανὼν βασάνοις. Τῶν δ᾽ ἐπὶ Παλαιστίνης μαρτύρων Σιλβανὸς, ἐπίσκοπος τῶν ἀμφὶ τὴν Γάζαν ἐκκλησιῶν, κατὰ τὰ ἐν Φαινοῖ χαλκοῦ μέταλλα σὺν ἑτέροις ἑνὸς δέουσι τὸν ἀριθμὸν τεσσαράκοντα τὴν κεφαλὴν ἀποτέμνεται, Αἰγύπτιοί τε αὐτόθι Πηλεὺς καὶ Νεῖλος ἐπίσκοποι μεθ᾽ ἑτέρων τὴν διὰ πυρὸς ὑπέμειναν τελευτήν. Καὶ τὸ μέγα δὲ κλέος τῆς Καισαρέων παροικίας ἐν τούτοις ἡμῖν μνημονευέσθω Πάμφιλος πρεσβύτερος, τῶν καθ᾽ ἡμᾶς θαυμασιώτατος, οὗ τῶν ἀνδραγαθημάτων τὴν ἀρετὴν κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀνεγράψαμεν 3). *Τῶν δ᾽ ἐπ᾽ Ἀλεξανδρείας καθ᾽ ὅλης τε Αἰγύπτου καὶ Θηβαΐδος διαπρεπῶς τελειωθέντων, πρῶτος Πέτρος* 4) *αὐτῆς Ἀλεξανδρείας ἐπίσκοπος,*

χορὸς, οἵ τε ἐξ Ἑβραίων εἰς τὸν Χριστὸν πεπιστευκότες γονίμου δίκην σπέρματος ἐξ αὐτῶν ἐκείνων διεφυλάχθησαν, κ. λ. H.] — 3) *Κατὰ τὸν δέοντα καιρὸν ἀναγράψομεν.* In libro scilicet de martyribus Palaestinae, qui huic octavo libro subiectus est. In eo enim martyrium Pamphili fuse narrat Eusebius, ut illic videre est. Porro ex hoc loco apparet, librum illum de martyribus Palaestinae post historiam ecclesiasticam et post libros de vita Pamphili martyris ab Eusebio scriptum fuisse. At Christophorsonus qui ante hoc caput totam appendicem iam descripserat, coactus est haec Eusebii verba resecare, ne Eusebius sui ipsius oblitus videretur. Non dissimulabo tamen, in scriptis codicibus Maz. Med. Fuk. et Savilii legi *ἀνεγράψαμεν*. [*Ἀνεγράψαμεν*, quod in textu dedit Valesius, praefero cum *Stroth. deutsche Uebersetz.* T. II. p. 36 not. 7. *H.*] Quae si vera est lectio, intelligit Eusebius libros de vita Pamphili martyris. Hos enim libros scripserat ante historiam ecclesiasticam, ut iam antea observavimus. — 4) *Πέτρος*. Cf. Eus. IX, 6. Athanas. contra Arianos lib. II. Sozom. II, 6. Vinc. Lir. Comm. 2. Martyr factus est a. 311. vid. *Ruinart.* acta martyr. p. 276 not. 26 — 29. De sequentibus *τῆς*

θεῖόν τι χρῆμα διδασκάλων τῆς ἐν Χριστῷ θεοσεβείας ἀναγεγράφθαι· καὶ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων, Φαῦστος καὶ Δῖος [5]) καὶ Ἀμμώνιος, τέλειοι Χριστοῦ μάρτυρες· Φιλέας [6]) τε καὶ Ἡσύχιος καὶ Παχύμιος καὶ Θεόδωρος, τῶν ἀμφὶ τὴν Αἴγυπτον ἐκκλησιῶν ἐπίσκοποι, μυρίοι τε ἐπὶ τούτοις ἄλλοι διαφανεῖς, οἳ πρὸς τῶν κατὰ χώραν καὶ τόπον παροικιῶν μνημονεύονται· ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην ὑπὲρ τῆς εἰς τὸ θεῖον εὐσεβείας ἠγωνισμένων γραφῇ παραδιδόναι τοὺς ἄθλους, ἐπ' ἀκριβές τε ἕκαστα τῶν περὶ αὐτοὺς συμβεβηκότων ἱστορεῖν, οὐχ ἡμέτερον, τῶν δ' ὄψει τὰ πράγματα παρειληφότων ἴδιον ἂν γένοιτο. Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας [7]) ποιήσομαι γραφῆς. Κατά γε μὴν

ἐν Χριστῷ θεοσεβείας vide quae annotavi ad Eus. H. E. VII, 32 not. 5. Adde VII, 30 p. 392. πορισμὸν ἡγούμενος τὴν θεοσέβειαν quod recte vertit Strothius: „so dass er also die *Religion* für ein Erwerbmittel hält," male Val.: „et *pietatem* quaestum esse existimans." Quamvis enim in loco 1 Timoth. VI, 5. quo utuntur patres Antiocheni, εὐσέβειαν nolim cum *Iaspisio* interpretari *doctrinam de pietate*, tamen θεοσέβειαν sensu obiectivo dici l. l. Eusebii, facile intelligitur. Cf. VIII, 3 not. 5. *H.* — 5) Καὶ Δίδιος. In codice Maz. et Med. legitur καὶ Δῖος. Rufinus quoque *Dium* vocat. — 6) Φιλέας — — Θεόδωρος. Hi quatuor episcopi simul in carcerem coniecti fuerant Alexandriae ob fidem Christi, una cum 660 [? *H.*] aliis tam clericis quam laicis, ut scribitur in actis passionis Petri Alexandrini, ubi Petrus Achillam et Alexandrum ita alloquitur: οὐχ ἥκιστα δὲ περὶ τῶν μακαρίων ἐφρόντιζον ἐπισκόπων, Φιλέου φημὶ καὶ Ἡσυχίου, Παχωμίου τε καὶ Θεοδώρου, οἳ διὰ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν τῷ δεσμωτηρίῳ ἐγκλεισθέντες ἐταλαιπώρουν, ἕως αὐτοὺς τὸ μακάριον διεδέξατο τέλος, καὶ ἐν τῷ ἀσφαλεῖ τὸν βίον κατέθεντο. Quamquam in actis Latinis passionis eiusdem Petri, quae ex Graeco translata sunt sunt ab Anastasio bibliothecario, nulla fit mentio Phileae nec Pachomii. Sic enim ibi legitur: *Nec unquam cessavi suggerendo beate episcopo Hesychio atque Theodoro in custodia pro Christi fide reclusis* etc. Certe Eusebius diserte profitetur referre se praecipuos dei martyres qui tum Alexandriae tum in Thebaïde et reliqua Aegypto subiere martyrium. Cum ergo Petrus una cum presbyteris Dio ac Fausto passus sit Alexandriae, quatuor isti, vel certe aliquot ex illis, in Thebaïde passi sint necesse est. [Cf. *Ruinart.* acta martyr. p. 434 sqq. *H.*] — 7) Δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς. Intelligit procul dubio librum de martyribus Palaestinae. Neque enim alium librum invenire quis possit, in quo Eusebius martyrum agones ab se visos commemoraverit, quam hunc quem dixi. Ex quo insuper refellitur Christophorsoni sententia, qui librum illum de martyribus Palaestinae putavit partem esse libri octavi, et qui post haec verba quae

τὸν παρόντα λόγον τὴν παλινῳδίαν τῶν περὶ ἡμᾶς εἰργασμένων τοῖς εἰρημένοις ἐπισυνάψω, τά τε ἐξ ἀρχῆς τοῦ διωγμοῦ συμβεβηκότα,

---

posui, multa resecuit atque intrusit contra fidem omnium codicum. Vidit hoc ante nos Turnebus, qui in suo codice ad haec verba Graecum hoc scholium adscripserat: σημείωσον ὅτι ταύτην ἔχεις τὴν γραφὴν εὐθὺς μετὰ τοῦτο τὸ βιβλίον. [Idem scholium teste Readingo in Corrigendis exstat in Ion., unde merito aliquem suspicari posse putat V. D., vel hinc a Turnebo, vel inde in Ion. fuisse descriptum. Ceterum Eusebium esse testem αὐτόπτην certe plerorumque, quae in libro de martyr. Pal. retulit, docent profecto praeter ipsam narrationum eius in illo libro indolem ipsius Eusebii verba quae h. l. legimus: Οἷς γε μὴν αὐτὸς παρεγενόμην, τούτους καὶ τοῖς μεθ' ἡμᾶς γνωρίμους δι' ἑτέρας ποιήσομαι γραφῆς i. e. per librum de martyr. P. Contra bene cavendum est, ne ex hoc Eusebii loco et ex verbis ὧν ἀνὰ τὴν πᾶσαν οἰκουμένην — — ἴδιοι ἂν γένοιτο colligamus, Eusebium in lib. VIII. nihil plane narrare de martyribus tanquam testem αὐτόπτην. Nam ne ita premamus verba Eusebii, impediunt loci VIII, 7. 9. 12. Cf. quae monui ad *Vales.* de vita scriptisque Euseb. diat. p. XXXIX. not. 35. Quare ita potius interpretandus est Eusebius, ut eum h. l. dicere censeamus nonnisi hoc, se adhuc non data opera et ex professo de martyribus agere, ideoque pleraque non accuratius et quibus ipse interfuerit, enarrare, contra hoc se facturum in libro de martyribus Pal. In universum pleraque quae Eusebius enarravit historiae suae lib. VIII — X., vel ei sunt visa vel audita quo accedunt fontes scripti quibus in lib. IX. et X. noster usus est. Vid *Kestner.* de Euseb. p. 38 — 45. *Reuterdahl.* de fontt. hist. Eus. p. 86 sq. „*Multos Christianos in iudiciis deum suum intimide profiteri audiverat* (Eusebius); *multos diris cruciatibus torqueri viderat; multos mortem crudelissimam tranquille subire conspexerat.* (*H. E. VIII*, 2, 7, 9.). *E quae non ipse viderat, facile potuit audire. Multa in regionibus, ubi commorabatur, facta erant: multa in ecclesiis gesta, quibuscum Eusebio erat commercium: multa viris acciderant, qui Eusebio vel familiares vel saltim noti erant. Haec igitur Eusebio citissime communicata fore, facile intelligitur. Praeterea res illae in omnium oribus versabantur.* — — *Quamobrem Eusebio de iis scribere volenti materia non potuit deesse.*" Et rectius idem *Reuterdahl.* l. l. p. 86. ** vel in conscribendo libro de mart. P. Eusebio *visa etiam et audita* fontes fuisse dicit. Contra *Kestner.* l. l. p. 41. „*Contra vero*, inquit, *omnium, quae in libro de Mart. Palaest. narrantur, Eusebium testem oculatum fuisse, extra omnem positum est controversiam.*" Sed hoc haud dubie affirmandum est, in illo libro pleraque eorum quae narrat de martyribus, suis oculis vidisse Eusebium, in lib. VIII. longe plura ab aliis audivisse. Cf. VIII, 6. 9. Contra neque illud video quomodo *Kestner.* l. l. p. 38 not. 78. affirmare potuerit, Eusebium in narrationibus quoque de martyribus *libros* de iis hic illic conscriptos usurpasse. Nam quomodo hoc inde sequatur quod Eusebius in fine cap

χρησιμώτατα τυγχάνοντα τοῖς ἐντευξομένοις. Τὰ μὲν οὖν πρὸ τοῦ καθ' ἡμῶν πολέμου τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας, ἐν ὅσοις δὴ χρόνοις τὰ τῶν ἀρχόντων φίλιά τε ἡμῖν ἦν καὶ εἰρηναῖα, ὁπόσης ἀγαθῶν εὐπορίας [8]) καὶ εὐετηρίας ἠξίωτο, τίς ἂν ἐξαρκέ-

---

12. lib. VIII. de martyribus loquens: *Ἑκάστου μὲν οὖν*, inquit, *ἐπ' ὀνόματος μνημονεύειν, μακρὸν ἂν εἴη, μή τι γε τῶν ἀδυνάτων*, et quod Eusebius VIII, 2. profitetur, se historiam martyrum in lib. VIII. nonnisi *ἐν ἐπιτομῇ* velle attingere (*τοὺς ἱεροὺς ἀγῶνας τῶν τοῦ θείου λόγου μαρτύρων ἐν ἐπιτομῇ διαγράψοντες*), hoc vero ego non potui assequi. Singulos martyres nominatim commemorare noluit Eusebius, quia illud esset longum. Addit, hoc etiam vix ac ne vix quidem fieri a se posse. Iam vero huius rei causas cogitare equidem possum praecipue, quod aut ipse Eusebius omnium ac singulorum martyrum cruciatibus non interfuerat, aut ab aliis de omnibus martyribus non audiverat, aut non habebat scripta aliorum quae de martyribus omnibus accurate et fuse agebant. Denique cur *ἀδύνατον* esse crederet Eusebius omnium martyrum facere mentionem, causam significavit ipse VIII, 12. paulo ante potissimum hanc: *νικᾷ γὰρ πάντα λόγον τὰ κατ' αὐτοὺς ἀνδραγαθήματα.* Itaque dicendi facultatem omnem et suam superare putabat Eusebius praeclara martyrum facinora et propterea certe simul illud quod dixi, fieri a se non posse putabat. Sed tanquam huius rei causa certe cogitari potest simul illa, quod nec aliorum libros habebat, qui omnium martyrum res gestas exponebant. Quomodo igitur contrarium potius inde colligi possit, quod Kestnerus collegit? Quod vero VIII, 2. nonnisi compendiose de martyribus se expositurum esse dicit Eusebius, inde quamvis liceat conficere, *plura* in promptu eum habuisse, tamen neque *omnia* quae de martyribus dici poterant, ei parata fuisse, neque libros eum usurpasse sequitur. Sed neque hoc inde quod quis breviter tantum de aliqua re tradere velle sese significat, certo potest concludi, eum plura potuisse afferre. *H.*] — 8) *Ὁπόσης ἀγαθῶν εὐπορίας καὶ εὐετηρίας.* Quanta fuerit felicitas in orbe Romano Diocletiano et Maximiano regnantibus, testatur Mamertinus in genethliaco sub finem, ubi Maximianum alloquitur his verbis: *Revera, sacratissime imp., scimus omnes, antequam vos salutem reipublicae redderetis, quanta frugum inopia, quanta funerum copia fuit, fame passim morbisque grassantibus. Ut vero lucem gentibus extulistis, exinde salutares spiritus iugiter manant, nullus ager fallit agricolam*, etc. Iam vero quod ad bella spectat, nunquam felicius adversus barbaros Romani pugnarunt. Caesi ubique barbari, et imperii Romani limites promoti. Legamus eorum temporum historias. Inveniemus profecto id quod dixi, nunquam in meliore statu fuisse rem Romanam, cum quatuor principes, duo scilicet Augusti ac totidem Caesares, seorsum singuli barbaros propulsarent. Adeo ut verissimum sit quod ait Mamertinus in genethliaco: *Mitto etiam dies festos victoriis triumphisque celebratos.* Auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino: *Sed profecto exegit hoc pu*

ὅσα λόγος διηγήσασθαι· ὁπότε καὶ οἱ μάλιστα τῆς καθόλου κρατοῦντες ἀρχῆς, δεκαετηρίδας καὶ εἰκοσαετηρίδας τῆς βασι-

---

varietas et natura fortunae, cui nihil mutare licuerat dum imperium teneretis, ut illa viginti annorum continua felicitas intervallo aliquo distingueretur. Porro tametsi Diocletianus et Maximianus tot victorias de barbaris retulerint, unum duntaxat de omnibus triumphum Romae egerunt, paulo antequam imperio decederent, ut testatur Eutropius et Zonaras. Verba Eutropii sunt: *Uterque una die privato habitu imperii insigne mutavit, Nicomediae Diocletianus, Herculius Mediolani, post triumphum inclitum quem Romae ex numerosis gentibus egerant, pompa ferculorum illustri*, etc. Hieronymus in chronico, hunc Diocletiani et Maximiani triumphum retulit anno 18 Diocletiani. Ad quem locum Scaliger in animadversionibus notat, commissum esse a Hieronymo anachronismum. Hunc enim triumphum actum esse anno Diocletiani vicesimo, aliquot mensibus antequam purpuram deponeret. Sed fallitur potius ipse Scaliger, qui Hieronymum temere reprehendit. Nam si Diocletianus 20 imperii anno, paucis antequam abdicaret mensibus triumphavit, mense circiter Ianuario eum triumphasse dicendum est, anno Christi 304. cum purpuram deposuerit Kalendis Aprilis eiusdem anni, ut docet Idatius in fastis. Ex quo sequitur, eum hiberno tempore triumphasse, et media adhuc hyeme ab urbe Roma profectum Nicomediam venisse, quorum neutrum probabile est; cum nec triumphi per hyemem agi solerent ab imperatoribus Romanis, nec Diocletiani aetas ac valetudo tam longi itineris laborem hibernis mensibus sustinere valuerit. Quid quod Diocletianus anno imperii 19. mense Martio atque Aprili agebat Nicomediae, eo tempore quo coepta est Christianorum persecutio, ut testatur Eusebius in lib. VIII. cap. 5. Sed et tunc cum Nicomediense palatium conflagravit, Diocletianum in eo egisse testis est omni exceptione maior Constantinus in oratione ad sanctorum coetum capite penultimo. Id autem contigit aliquot mensibus post inchoatam persecutionem. Ponamus igitur id evenisse mense Maio. Quis credat, intra decem mensium spatium Diocletianum Nicomedia venisse Romam, ibique insignem illum triumphum egisse, ac deinde Roma rediisse Nicomediam, atque ibi purpuram posuisse, moxque in Dalmatiam concessisse, ut reliquum vitae tempus ibi degeret? Huc accedit, quod morbus ille quo Diocletianus de statu mentis paululum deturbatus est, primum Nicomediae eum corripuit paulo post excitatam ab eo persecutionem, ut refert Constantinus. Quare parum probabile est, Diocletianum eo tentatum morbo, tantum iter suscepisse. Deinde auctor panegyrici dicti Maximiano et Constantino, diserte testatur Diocletianum et Maximianum aliquot annis ante 20 imperii annum Romae triumphasse. His enim verbis Maximianum alloquitur: *Te primo ingressu tuo tanta laetitia, tanta frequentia populus Romanus excepit, ut cum te ad Capitolini Iovis gremium vel oculis ferre gestiret, stipatione sui vix ad portas urbis admitteret. Te rursus vicesimo anno impera-*

λείας ἐκπλήσαντες, ἐν ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι, φαιδροτάταις τε θαλίαις καὶ εὐφροσύναις, μετὰ πάσης εὐσταθοῦς διετέλουν εἰρήνης. Οὕτω δ' αὐτοῖς ἀπαραποδίστως αὐξούσης καὶ ἐπὶ μέγα ὁσημέραι προϊούσης τῆς ἐξουσίας, ἀθρόως τῆς πρὸς ἡμᾶς εἰρήνης μεταθέμενοι, πόλεμον ἄσπονδον ἐγείρουσιν, οὔπω δ' αὐτοῖς τῆς τοιᾶσδε κινήσεως δεύτερον ἔτος [9]) πεπλήρωτο, καὶ τι περὶ τὴν ὅλην ἀρχὴν νεώτερον γεγονὸς, τὰ πάντα πράγματα ἀνατρέπει. Νόσου γὰρ οὐκ αἰσίας [10]) τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων [11]) ἐπισκηψάσης, ὑφ' ἧς δὴ καὶ τὰ τῆς διανοίας εἰς ἔκστασιν αὐτῷ παρήγετο, σὺν τῷ μετ' αὐτὸν δευτερείοις τετιμημένῳ, τὸν δημώδη καὶ ἰδιωτικὸν ἀπολαμβάνει βίον· οὔπω δὲ ταῦθ' οὕτω πέπρακτο, καὶ διχῇ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαιρεῖται [12]);

---

torem, *octavo consulem ita ipsa amplexu quodam suo Roma voluit detinere, ut videretur augurari iam et timere quod factum est.* Vides ut Maximianum diu ante octavum ipsius consulatum Romae triumphasse dicit. Nam quin priora illa verba de triumpho accipienda sint, dubitare non licet. Certe Sigonius, vir diligentissimus, in libris de occidentali imperio non aliter hunc locum intellexit. Graviter itaque hallucinatur Scaliger, qui Diocletianum et Maximianum triumphasse dicit anno imperii vicesimo. Rectius Hieronymus id retulit anno 18 Diocletiani. Quo quidem anno Idatius in fastis notat imperatores vilitatem annonae edicto suo constituisse. Id enim post triumphum ab eis constitutum videtur in gratiam praecipue populi Romani. At Cedrenus anno Diocletiani decimo septimo hunc triumphum adscribit. — 9) Οὔπω δ' αὐτοῖς τῆς τοιᾶσδι κινήσεως δεύτερον ἔτος. Melius dixisset Eusebius: *Vix dum primus annus expletus fuerat.* Nam sub initium secundi anni persecutionis, contigit abdicatio Diocletiani ac Maximiani, Kalendis scilicet Aprilibus anno Christi 304. cum persecutio coepta fuisset mense Martio praecedentis anni. Cum igitur ait Eusebius οὔπω δεύτερον ἔτος πεπλήρωτο, idem est, ac si dixisset, secundus agebatur persecutionis annus. Ita intelligendus est alter locus Eusebii in libro de martyribus Palaestinae cap. III. in fine. — 10) Νόσου γὰρ οὐκ αἰσίας. Cf. Lactant. de mortt. persec. c. XVII. Ex hoc et sequentibus Lactantii capitibus concludit *Pagi* teste Read., Diocletianum et Maximianum a 305 imperio sese abdicasse, et male Eusebium a. 304 hoc factum esse dicere. *H.* — 11) Τῷ πρωτοστάτῃ τῶν εἰρημένων. Male Christophorsonus vertit: *Nam qui primus nostrarum aerumnarum auctor erat.* In quo secutus esse videtur Nicephorum, qui in cap. 16. lib. VII. Eusebium exscribens, pro Eusebianis illis posuit τῷ ἀρχηγῷ τῆς κακίας. — 12) Διχῇ τὰ πάντα τῆς ἀρχῆς διαιρεῖται. Constantius enim et Galerius imperium Romanum quasi haereditatem quandam inter se partiti sunt. Quae prima fuit imperii Romani divisio, ut hoc loco tradit Eusebius. Antea enim licet plures Augusti simul fuissent, tamen

πρᾶγμα μηδ' [13]) ἄλλοτέ πω πάλαι γεγονὸς, μνήμῃ παραδεδομένον. Χρόνου δ' οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνστάντιος τὸν πάντα βίον πρᾳότατα καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατα, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατα διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον, πρῶτός τε ἐν θεοῖς [14]) ἀνηγορεύετο παρ' αὐτοῖς, ἁπάσης μετὰ θάνατον, ὅση

---

imperium Romanum solidum atque indivisum gubernabant, ut contigit Marco et Vero imperantibus. Sed et sub Diocletiano et Herculio Maximiano nulla facta fuerat imperii divisio, cum nec provincias nec legiones Augusti inter se partiti essent. Recte ergo Eutropius in lib. X. ita scribit: *His igitur abeuntibus ab administratione reipublicae Constantius et Galerius Augusti creati sunt, divisusque inter eos Romanus orbis.* Idem observat Orosius in lib. VII. his verbis: *Galerius et Constantius Augusti primi imperium Romanum in duas partes determinaverunt.* De hac imperii divisione quam urbs Roma prae ceteris aegerrime tulit, loquitur Porphyrius in panegyrico carmine ad Constantinum, quod scripsit anno imperii Constantini quinto decimo, quinquennalibus Caesarum Crispi et Constantini:

— — — — lacerata cruentis
Imperiis pars fessa poli, divisa gemebat
Sceptra et Ausoniae maerebat perdita iura.

Et aliquanto post, ita Constantinum alloquitur:

Et reparata iugans moesti divortia mundi
Orbes iunge pares, det leges Roma volentes
Principe te in populos.

Haec paulo accuratius notavi, tum quia nondum satis observata sunt, tum quia Christophorsonus ea non intellexit, qui pro *partitione* d i s s e n s i o n e m interpretatus est. [Recte autem monuit *S t r o t h. deutsche Uebersetz.* T. II. p. 38 not. 12. „*Die diesmalige Trennung ging nicht so weit, dass nicht vor gewisse Edicte die Namen sämmtlicher Kaiser wären gemeinschaftlich gesetzt worden, wie man unten im 17ten Kapitel dieses Buches sehen kann.*“ *H.*] — 13) Πρᾶγμα μηδ' ἄλλοτέ πω γεγονός. Nostri codices Maz. Med. Fuk. et Sav. vocem addunt hoc modo: ἄλλοτέ πω πάλαι γεγονός. [Addidi πάλαι. *H.*] — 14) Πρῶτός τε ἐν θεοῖς. Non quod primo omnium imperatori Constantio hic honos contigerit, ut inter divos referretur. Multi enim imperatores ante Constantium inter divos a senatu relati fuerant. Sed quod ex quatuor imperatoribus qui imperium simul gubernaverant, Diocletiano scilicet et Maximiano, Constantio atque Galerio, primus Constantius hunc honorem adeptus est, quippe qui pri-

βασιλεῖ τις ἂν ὠφείλετο, τιμῆς ἠξιωμένος, χρηστότατος καὶ ἠπιώτατος βασιλέων, ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτατον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τοῦ δὲ καθ' ἡμῶν πολέμου [15]) μηδαμῶς ἐπικοινωνήσας, ἀλλὰ καὶ τους ὑπ' αὐτὸν θεοσεβεῖς ἀβλαβεῖς καὶ ἀνεπηρεάστους φυλάξας, καὶ μήτε [16]) τῶν ἐκκλησιῶν τοὺς οἴκους καθελὼν, μήθ' ἕτερόν τι καθ' ἡμῶν καινουργήσας, τέλος εὐδόκιμον [17]) καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος ἐπὶ τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελεώτατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων [18]), καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον πρὸς αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. Καὶ οὗτος μὲν τοιοῦτος. Λικίνιος [19]) δὲ ἐπὶ τούτοις ὑπὸ κοινῆς

---

mus obiisset. — 15) Τοῦ τε καθ' ἡμῶν πολέμου. In tribus nostris codicibus Maz. Med. et Fuk. scriptum est τοῦ δὲ καθ' ἡμῶν non male. [Scripsi τοῦ δὲ κ. ἡ. π. Cf. prior appendix libri ubi legitur ἀτὰρ καὶ καθ' ἡμῶν πολέμου ἔξω γενόμενος. Praeterea δὲ est difficilius. *H.*] — 16) Καὶ μήτε — καθελών. Cf. Lactant. l. l. XV, 7. „*Constantius, ne dissentire a maiorum praeceptis videretur, conventicula, id est, parietes, qui restitui poterant, dirui passus est, verum autem dei templum, quod est in hominibus, incolumen servavit.*“ *H.* — 17) Τέλος εὔδαιμον. Haec est codicis Regii scriptura, cui consentit appendix libri VIII. ut videre est infra. Reliqui tamen codices, Mazar. scilicet ac Med. cum Faketiano et Saviliano scriptum hic habent τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον. [Quod h. l. tam insigni praeconio ornat Eusebius Constantium Chlorum, hominem gentilem, non tam ex eius humanitate, qua vel gentiles pios ad beatitatem coelestem et aeternam pervenire posse crediderit, quam ex eius in Constantinum M. maxima gratia fluxisse, ego quidem certius etiam credo quam *Moeller.* de fide Eus. C. p. 54. cf. *Stroth. deutsche Uebers. des Eus.* T. II. p. 39 not. 1. *H.*] — 18) Πρὸς τῶν στρατοπέδων. A Constantio nuncupatum fuisse imperatorem et augustum Constantinum, antea Eusebius dixerat verbis: βασιλεὺς Κωνστάντιος — — παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν κ. λ. cf. Vit. Const. I, 21. 22. Neque igitur premenda sunt, quae refert idem Euseb. Vit. Const. I, 24. ὡς μηδένα ἀνθρώπων μόνου τοῦδε (Constantini) τὴν προσαγωγὴν αὐχῆσαι, τῶν ἄλλων ἐξ ἐπικρίσεως ἑτέρων τῆς τιμῆς ἠξιωμένων. cf. *Spanhem.* ad Iulian. orat. I. p. 45. *H.* — 19) Λικίνιος — ἀνεπέφηνε. Cf. Lactant. de mortt. persecutt. c. XX. XXXII.

ψήφου τῶν κρατούντων αὐτοκράτωρ καὶ σεβαστὸς ἀνεπέφηνε. Ταῦτα Μαξιμῖνον δεινῶς ἐλύπει, μόνον καίσαρα παρὰ πάντας[20]) εἰσέτι τότε χρηματίζοντα· ἐς δὴ οὖν τὰ μάλιστα τυραννικὸς ὢν, παραρπάσας ἑαυτῷ τὴν ἀξίαν, σεβαστὸς ἦν, αὐτὸς ὑφ᾽ ἑαυτοῦ γεγονώς· ἐν τούτῳ δὲ Κωνσταντίνῳ μηχανὴν θανάτου συῤῥάπτων ἁλοὺς, ὁ μετὰ τὴν ἀπόθεσιν ἐπανῃρῆσθαι δεδηλωμένος[21]), αἰσχίστῳ καταστρέφει θανάτῳ. Πρώτου δὲ τού-

---

Legitimum Licinii imperium nonnisi propterea haud agnoscit Iulian. orat. I. p. 8. A., quod illud flagitioso ac turpi administrationis suae genere in tyrannidem converterit Licinius, quocum conveniunt verba ipsius Euseb. H. E. X, 9. ubi a Constantino dicitur τυραννὶς ἐκκαθαρθεῖσα. vid. *Spanhem.* ad l. l. Iulian. p. 65. Cf. Eus. H. E. IX, 9. *H.* — 20) *Μόνον καίσαρα παρὰ πάντων.* In codice Maz. Med. et Fuk. legitur *παρὰ πάντας* recte, id est, *aliter ac reliqui omnes.* [*Παρὰ πάντας* dedi praeeunte Zimmermanno. Cf. cap. XIV. *πολὺ πρᾷος παρὰ τοὺς προτέρους.* *H.*] Quatuor enim Augusti ea tempestate rempublicam Romanam administrabant, Galerius scilicet, Constantinus, Maxentius atque Licinius. Maximinus vero iampridem Caesar a Galerio factus, usque ad Galerii obitum in ea dignitate permansit. Quare verissimum est, quod hic ait Eusebius, aegre tulisse Maximinum, quod inter tot Augustos solus ipse tantum Caesar diceretur, cum tamen Caesaris dignitatem ante tres illos superius memoratos principes accepisset. [Statim post pro ὃς δὴ οὖν τὰ μάλιστα quod habent Val. et Zimmerm., non dubitavi scribere cum Stephano *ἐς δὴ οὖν τὰ μάλιστα.* Quamvis enim ὃς in suis libris fortasse invenerit Val., tamen ἐς quod probaliter ex Reg. dedit Stephanus, ut lectio difficilior, erit unice tenendum. Accedit quod alibi similiter loquitur Eusebius. Vid. III, 32. *εἰς τὰ μέγιστα,* plane ut nos: *aufs höchste.* VI, 3. 32. *εἰς τὰ μάλιστα.* Quin etiam ipsum *ἐς τὰ μάλιστα* usurpat noster infra cap. XIV. VI, 23 init. Eodem modo *εἰς* usurpant in einsmodi locutionibus veteres, exprimentes eo rei modum, ad quem usque illa progreditur. Vid. Thucydid. VIII, 6. *ἐς τὰ μάλιστα ξένος ὤν.* Arrian. de expeditione Alexandri II, 11, 12. Exemplorum nubem vide sis apud *Fischer.* ad Weller. Gr. Gr. Tom. II. p. 221 sq. cf. *Lobeck.* ad Phrynich. p. 48. Nostro loco autem notabile illud est, quod inter *ἐς τὰ μάλιστα* duo alia vocabula noster inseruit, quod vero longe magis poterat inducere male sedulos librarios ut ἐς mutarent in ὅς. *H.*] — 21) *Ὁ μετὰ ἀπόθεσιν ἐπανῃρῆσθαι δεδηλωμένος.* Haec verba desunt in vetustissimo codice Mazarino et Fuk. Sed habentur in Regio codice, et ad oram codicis Medicaei adscripta sunt eadem manu. [Verba illa suspecta videntur *Stroth. deutsche Uebers,* T. II. p. 40 not 5. Idem tamen confitetur, ea commode non posse omitti. Sed rectius fortasse coniicere cum eodem l. l. possimus *βουλόμενος* pro *δεδηλωμένος.* *H.*] Porro cum Eusebius dicat se supra retulisse, qualiter Maximianus Herculius purpuram resumpserit, id quo loco dixe-

του [22]) τὰς ἐπὶ τιμῇ γραφὰς, ἀνδριάντας τε καὶ ὅσα τοιαῦτα ἐπ' ἀναθέσει νενόμισται, ὡς ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου [23]) καθῄρουν.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΙΔ.

Περὶ τοῦ τρόπου τῶν τῆς εὐσεβείας ἐχθρῶν.

(Nic. H. E. VII, 21.)

Τούτου παῖς Μαξέντιος [1]), ὁ τὴν ἐπὶ Ῥώμης τυραννίδα συστησάμενος [2]), ἀρχόμενος μὲν τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο, ταύτῃ τε τοῖς ὑπηκόοις τὸν κατὰ Χριστιανῶν ἀνεῖναι προστάττει διωγμὸν, εὐσέβειαν ἐπιμορφάζων, καὶ ὡς ἂν δεξιὸς καὶ πολὺ πρᾷος παρὰ τοὺς προτέρους φανείη· οὐ μὴν οἷος ἔσεσθαι ἠλπίσθη, τοιοῦτος ἔρ-

---

rit Eusebius, adhuc quaero. — 22) *Πρώτου δὲ τούτου.* Haec verba eodem modo exponenda sunt, quo illa superius a nobis exposita *πρωτός τε ἐν θεοῖς*. At Christophorsonus hunc locum ita interpretatus est, quasi legeretur *πρὸ δὲ τούτου*. — 23) *Ἀνοσίου καὶ δυσσεβεστάτου.* Idem de Maximiano refert non solum Lactant. de mortt. pers. cap. VIII. sed etiam Eutrop. IX, 16. X, 2. Zosim. II, 11. Eumenius in Constantini panegyrico cap. XIV. XV. cf. Eus. Vit. C. II, 49. At contraria plane tradit de Maximiano non minus quam de Constantio Chloro Iulian. orat. I. p. 7. ubi de illis dicitur: *οὕτω δὲ διακείμενοι τὰς ψυχὰς τῶν ἱερῶν ἕδρων τὰ κάλλιστα, σεβόμενοι μὲν μετὰ τὴν κρείττονα φύσιν τὸν τὴν ἀρχὴν αὐτοῖς παρασχόντα, τοῖς ὑπηκόοις δὲ ὁσίως καὶ φιλανθρώπως χρώμενοι κ. λ.* cf. *Spanhem.* ad h. l. p. 61 sq. *H.*

Cap. XIV. 1) *Μαξέντιος.* Cf. Lactant. de mortt. persec. c. XVIII. *H.* — 2) *Ὁ — συστησάμενος*, i. e. *qui Romae tyrannidem arripuit*, interprete Valesio. Cf. Euseb. V. C. I, 33. *Spanhem.* ad Iulian. orat. I. p. 46. Ad sequentia *τὴν καθ' ἡμᾶς πίστιν ἐπ' ἀρεσκείᾳ καὶ κολακείᾳ τοῦ δήμου Ῥωμαίων καθυπεκρίνατο* *Stroth.* Uebers. Tom. II. p. 41 not. 6. „*Diese Worte*, inquit, *sind in der Absicht merkwürdig, dass die Christen damals der Zahl nach, schon das Uebergewicht über die Heyden gehabt, und dass sich Maxentius mithin sicherer dabey befunden, wenn er sich stellte, dass er ein Christ sey. Diejenigen, welche behaupten, das*

γοις ἀναπέφηνεν, εἰς πάσας δ' ἀνοσιουργίας ὀκείλας [3]), οὐδὲν ὅ, τι μιαρίας ἔργον καὶ ἀκολασίας παραλέλοιπε, μοιχείας [4]) τε καὶ παντοίας ἐπιτελῶν φθοράς· διαζευγνὺς γέτοι τῶν ἀνδρῶν τὰς κατὰ νόμον γαμετὰς, ταύτας ἐνυβρίζων, ἀτιμότατα τοῖς ἀνδράσιν αὖθις ἀπέπεμπε· καὶ ταῦτ' οὐκ ἀσήμοις οὐδ' ἀφανέσιν ἐγχειρῶν ἐπετήδευεν, ἀλλ' αὐτῶν δὴ μάλιστα τῶν τὰ πρῶτα τῆς Ῥωμαίων συγκλήτου βουλῆς ἀπενηνεγμένων ἐμπαροινῶν τοῖς ἐξοχωτάτοις. Οἱ πάντες δ' αὐτὸν ὑποπεπτηχότες δῆμοι καὶ ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι, δεινῇ κατετρύχοντο τυραννίδι. Καὶ οὐδ' ἠρεμούντων καὶ τὴν πικρὰν φερόντων δουλείαν, ἀπαλλαγή τις ὅμως ἦν τῆς τοῦ τυράννου φονώσης ὠμότητος· ἐπὶ σμικρᾷ γοῦν ἤδη ποτὲ προφάσει, τὸν δῆμον εἰς φόνον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις [5]) ἐκδίδωσι, καὶ ἐκτείνετο μυρία τοῦ δήμου Ῥωμαίων πλήθη ἐπὶ μέσης τῆς πόλεως, οὐ Σκυθῶν οὐδὲ βαρβάρων, ἀλλ αὐτῶν τῶν οἰκείων δόρασι καὶ πανοπλίαις. Συγκλητικῶν γε μὴν φόνος ὁπόσος δι' ἐπιβουλὴν

Constantin aus politischen Gründen das Christenthum angenommen, pflegen auch hieraus ein Argument zu nehmen." Sed vid. *Cramer. Fortsetzung des Bossuet* Tom. III. p. 232 sqq. *H.* — 3) Ὀκείλας i. e. delapsus. Cf. quae observavi ad II, 25 not. 1. Adde *Kuinoel.* Commentar. ad Actor. XXVII, 41 p. 841 sq. *H.* — 4) *Μοιχείας — ἀπέπεμπε.* Cf. Socrat. H. E. I, 2. *Μαξέντιος δὲ κακῶς τοὺς Ῥωμαίους ἐπέτριβε, τυραννικῷ μᾶλλον ἢ βασιλικῷ τρόπῳ χρώμενος κατ' αὐτῶν, μοιχεύων ἀναίδην τὰς τῶν ἐλευθέρων γυναῖκας, καὶ πολλοὺς ἀναιρῶν, καὶ ποιῶν τὰ τούτοις ἀκόλουθα.* Arnob. adversus gentes. I, 64. ed. *Orell.* Tyrannos ac reges vestros — — *qui matronarum pudorem ac virginum vi subruunt atque eripiunt licentiosa*, appellatis indigenas atque divos. Atque hoc flagitii genus Maxentius dicitur auxisse ab Eusebio quod nobilissimorum quorumque uxoribus praecipue ad libidinem suam exsatiandam abuteretur. Quod more tyrannis solenni fecisse Maxentium, docent plura exempla quae attulit *Spanhem.* ad Iulian. orat. I. p. 285. cf. Euseb. H. E. I, 7 p. 54. *H.* — 5) *Τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις ἐκδίδωσι.* Idem refert Aurelius Victor in Maxentio: *Adeo saevus, uti praetorianis caedem vulgi quondam annuerit.* Constantinus vero victo postea Maxentio, praetorianas cohortes abolevit, specie quidem ob eam vulgi caedem, sed re ipsa, ne res novas molirentur, neve imperatores crearent, prout Maxentium Augustum renuntiaverant. Porro Zosimus eandem quoque rem, licet paulo aliter narrat. Scribit enim, cum Romae templum genii fortuito incendio conflagraret, cunctique ad restinguendum ignem accurrissent, militem quendam qui numen illud gentilium deridebat, a plebe interemptum

ἐνηργεῖτο τῆς οὐσίας, οὐδ' ἐξαριθμήσασθαι δυνατὸν, ἄλλοτε ἄλλαις πεπλασμέναις αἰτίαις μυρίων ἀναιρουμένων. Ἡ δὲ τῶν κακῶν τῷ τυράννῳ κορωνὶς, ἐπὶ γοητείαν ἤλαυνε· μαγικαῖς ἐπινοίαις [6]) τοτὲ μὲν γυναῖκας ἐγκύμονας ἀνασχίζοντος [7]), τοτὲ

---

fuisse. Ex quo tantam subito seditionem militum exarsisse, ut tota paene urbs peritura fuerit, ni Maxentius subvenisset. — 6) *Μαγικαῖς ἐπινοίαις.* Post haec verba in editionibus, et in Regio ac Medicaeo codice punctum ponitur, quod Christophorsonum fefellit. Verum in codice Mazarino ante has voces media distinctio ponitur optime. Eandem distinctionem reperi in codice Fuketii. [De horrendis quae magica ars Maxentium docuit, flagitiis vid. *Lindenbrogii* observv. in Ammian. Marcellin. p. 73. adiectae edit. posteriori Amm. Valesianae quam curavit Hadrian. Vales. H.] — 7) *Ἀνασχίζοντος.* Exspectes haud dubie aut ἀνασχίζοντι scribi debuisse praecedente dativo τυράννῳ, aut ad ἀνασχίζοντος addi αὐτοῦ. Cf. Plat. Gorg. 492. B. οἷς ἐξ ἀρχῆς ὑπῆρξεν ἢ βασιλέων υἱέσιν εἶναι, ἢ αὐτοὺς μὴ φύσει ἱκανοὺς κ. λ. Actor. XXII, 17. ἐγένετο δέ μοι ὑποστρέψαντι — καὶ προσευχομένου μου — γενέσθαι με ἐν ἐκστάσει. Sed satis temere ageret, qui ἀνασχίζοντος sollicitandum opinaretur. Saepissime enim eiusmodi vel negligentia vel ἀνακολουθίᾳ orationis noster utitur. Ita H. E. II, 20. ἔπειτα πεσόντων scil. αὐτῶν. III, 6. πολλάκις ἱκετευόντων καὶ ἐπικαλουμένων ὄνομα τοῦ θεοῦ μεταδιδόναι τι μέρος αὐτοῖς, οὐδοτιοῦν μετέδοσαν IV, 15. VI, 40. VI, 42. Τοῦτον — προεπηλάκιζεν·. ὑφισταμένου, — — ἀπέκτεινε. Et infra cap. XVI. αὐτοῖς — ἐπικαινουργούντων. Locus autem maxime insignis est apud eundem Euseb. H. E. III, 23 p. 392. ὑμῖν ἔθος ἐστὶ τοῦτο, πάντας μὲν ἀδελφοὺς ποικίλως εὐεργετεῖν, — — ὧδε μὲν τὴν τῶν δεομένων πενίαν ἀναψύχοντας, ἐν μετάλλοις δὲ — ἐπιχορηγοῦντας· δι' ὧν πέμπετε ἀρχῆθεν ἐφοδίων, πατροπαράδοτον ἔθος Ῥωμαίων Ῥωμαῖοι διαφυλάττοντες κ. λ. Adde VII, 30. ὁ δὲ Φιρμιλιανὸς — ἀφικόμενος — ἐπαγγειλαμένου δὲ μεταθήσεσθαι scil. Παύλου. Neque eiusmodi loquendi ratio veteribus est infrequens. Vid. Thucydid. IV, 10. μενόντων ἡμῶν — ὑποχωρήσασι. Xenoph. Memorr. II, 1, 8. 13. Plat. Men. 15. ed. *Buttmann.* ᾧ ἐγὼ πιστεύω ἀληθῆ εἶναι. Nihil autem frequentius quam hoc apud Homerum. Vid. Odyss. VI, 155 sqq. — σφίσι θυμὸς — ἰαίνεται — λευσσόντων κ. λ. VI, 60. σοὶ — ἴοντα. Iliad. XVI, 531. cf. II, 350 sqq. *Thiersch. Grammatik, vorzüglich des homerischen Dialekts* §. 258. 3. Vid. Eustathius ad Hom. Odyss. IX, 257., ubi ad verba ἡμῖν — δεισάντων bene observat haec: Ὅρα τὸ, ἡμῖν δὲ κατεκλάσθη ἦτορ δεισάντων, ὅπερ εἰ καὶ σολοικοφανὲς δοκεῖ, ἀλλ' ὅμως πέφρασται καὶ αὐτὸ καταλλήλως τῷ καιρῷ καὶ τῇ δειλίᾳ, ἐπεὶ μὴ δύνανται τῆς φράσεως κρατεῖν οἱ δεδιότες. Καὶ νῦν μὲν ἡ ἐναλλαγὴ ἀπὸ δοτικῆς γέγονεν εἰς γενικὴν, ἀλλαχοῦ δὲ ἀνάπαλιν ἀπὸ γενικῆς εἰς δοτικὴν (vid. Iliad. X, 187 sq. XIV, 139 sq. Odyss. XXIII,

δὲ νεογνῶν σπλάγχνα βρεφῶν διερευνωμένου, λέοντάς τε κατασφάττοντος, καὶ τινας ἀῤῥητοποιΐας ἐπὶ δαιμόνων προκλήσεις καὶ ἀποτροπιασμὸν τοῦ πολέμου συνισταμένου· διὰ τούτων γὰρ

---

205 sq.), Τὸ τοίνυν δεισάντων οὐκ ἂν εἴη, ὡς ἐῤῥέθη, σόλοικον, οὐ μόνον διὰ το καὶ μιμητικῶς φρασθῆναι καὶ ἀντιπτωτικῶς, ἀλλὰ καὶ διότι ἀσφαλεῖς οἱ πλαγιασμοὶ πρὸς σύνταξιν καὶ ἀσόλοικοι. Praeterea vid. Dio Chrysostom. orat. LIII. παρ' Ἰνδοῖς — μεταβαλόντων. Plutarch. Alexander c. XXX. *Heindorf.* ad Platon. Hipp. mai. 283. E. *Schäfer.* ad Lamb. B. ellips. p. 51. cf. *Sylburg.* ad Pausan. p. 931. *Erfurdt.* ad Sophocl. Oedip. T. v. 159 p. 30. *Matthiae ausführl. griech. Grammatik* p. 1110 sq. §. 563. p. 1054 not. p. 1079 not. 4. p. 1095 sq. p. 1121 — 1123. Scriptores etiam N. T. hac dicendi ἀνωμαλίᾳ haud alienos esse, si quis alius, docet locus Actor. XV, 22. ἔδοξε τοῖς ἀποστόλοις καὶ τοῖς πρεσβυτέροις — ἐκλεξαμένους ἄνδρας ἐξ αὐτῶν πέμψαι quo loco falso interpretatus erat *Winer.* neutestam. Grammatik p. 82 sq. ed. I. ἐκλεξαμένους: *die sich haben erwählen lassen*, cum ad nihil pertineat ἐκλεξαμένους nisi ad praecedentia τοῖς ἀποστόλοις et πρεσβυτέροις. Statim enim post l. l. γράψαντες pro γράψασι legitur. cf. v. 25. Hinc rectissime retractavit sententiam suam V. D. in Grammaticae edit. II. p. 110., male autem refragatur *Kuinoelius* ad locum Actor. Vid. *Mori* versio et explicatio Actt. Apostoll. p. 384. ed. *Dindorf.* Actor. XXVI, 20. τοῖς ἐν Δαμάσκῳ πρῶτον καὶ Ἱεροσολύμοις, εἰς πᾶσάν τε τὴν χώραν τῆς Ἰουδαίας, καὶ τοῖς ἔθνεσιν ἀπήγγελλον μετανοεῖν, καὶ ἐπιστρέφειν ἐπὶ τὸν Θεὸν, ἄξια τῆς μετανοίας ἔργα πράσσοντας: quo loco simul confirmatur lectio, quam exhibui Euseb. H. E. I, 11 p. 73. τοῖς Ἰουδαίοις κελεύοντα ἀρετὴν ἐπασκοῦσι, καὶ — χρωμένους, βαπτισμῷ συνιέναι. Cf. ibid. not. 5. Actor. XI, 12. XXV, 27. Rom. IX, 11. 13. Quare nec 1 Petr. IV, 3. a *Knappio* et aliis VV. DD. ἡμῖν recte uncis inclusum puto quamvis sequatur πεπορευμένους. Cf. 1 Petr. III, 7. ubi pro συγκληρόνομοι aut dici debebat συγκληρονόμοις aut plenius etiam scribi: αὐτῶν συγκληρονόμων οὐσῶν. *Zeune* ad Viger. p. 201. *Boehme* Commentar. in epist. ad. Hebr. II, 10 p. 108 sq. qui tamen non video cur anacoluthis eximere velit talia omnia. Cf. *Boehme* l. l. ad Hebr. IX, 19 p. 422. Denique vero vel Romani quamvis longe rarius ita loquuntur. Vid. Sueton. Tiberius c. XXXI. Iterum *censente*, — obtinere non potuit *etc.*, ubi iam *Ernestius* hanc omnium codd. lectionem veram esse iudicat, praesertim cum praecedat: Negante *eo*. Adde locum eiusdem Sueton. Vespas. c. V. *Coenante* rursus, ubi paulo ante legitur: *Prandente eo.* Neque tamen plane eiusdem generis hos locos esse facile patebit, neque recte puto Ernestium hanc rationem comparare cum ea qua dicitur *audito*, *cognito*, ad Sueton. Claud. c. XV. Cf. *Baumgarten - Crusius* ad ll. ll. Sed optime huc quadrat locus perinsignis Caesar. B. C. I, 30. Caralitani, simul ad se mitti *Valerium* audierunt, nondum *profecto* etc. Vid.

αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς. Οὗτος μὲν οὖν ἐπὶ Ῥώμης τυραννῶν, οὐδ᾽ ἔστιν εἰπεῖν οἷα δρῶν τοὺς ὑπηκόους κατεδουλοῦτο, ὡς ἤδη καὶ τῶν ἀναγκαίων τροφῶν ἐν ἐσχάτῃ σπάνει καὶ ἀπορίᾳ καταστῆναι, ὅσην ἐπὶ Ῥώμης οὐδ᾽ ἄλλοτε οἱ καθ᾽ ἡμᾶς γενέσθαι μνημονεύουσιν. Ὁ δ᾽ ἐπ᾽ ἀνατολῆς τύραννος Μαξιμῖνος, ὡς ἂν πρὸς ἀδελφὸν τὴν κακίαν πρὸς τὸν ἐπὶ Ῥώμης φιλίαν κρύβδην σπενδόμενος, ἐπὶ πλεῖστον χρόνον λανθάνειν ἐφρόντιζε, φωραθεὶς γέτοι ὕστερον, δίκην τίννυσι τὴν ἀξίαν. Ἦν δὲ θαυμάσαι, ὅπως καὶ οὗτος τὰ συγγενῆ καὶ ἀδελφὰ, μᾶλλον δὲ κακίας τὰ πρῶτα καὶ τὰ νικητήρια τῆς τοῦ κατὰ Ῥώμην τυράννου κακοτροπίας ἀπενηνεγμένος. Γοήτων τε γὰρ καὶ μάγων οἱ πρῶται τῆς ἀνωτάτω παρ᾽ αὐτῷ τιμῆς 8) ἠξίωντο, ψοφοδεοῦς ἐς τὰ

Oudendorp. et *Held.* ad h. l. *H.* — 8) *Παρ᾽ αὐτῷ τιμῆς.* Scribendum est αὐτοῦ, ut ad oram codicis Turnebi ac Moraei emendatur. Sequitur enim ψοφοδεοῦς, etc. [Ne παρ᾽ αὐτοῦ praeferamus, praesertim cum illud ad solam marginem illorum codd. legatur, satis, credo, impediunt ea quae not. 7. animadverti. Nihilominus Zimmermannus παρ᾽ αὐτοῦ scripsit. Male quidem. Similiter, ut illud h. l. addam, non dubito, quin II, 22 extr. scribendum sit ἐπιχειρῆσαι pro ἐγχειρισθῆναι, non solum quia illud tenent meliores libri, sed etiam nudum προελθόντος deinde longius ferri posse videbatur librariis, ut ipse Valesius et Strothius, quamvis temere, si legatur ἐπιχειρῆσαι, προελθόντα scribendum esse existimant. Sed vel nunc cum legitur ἐγχειρισθῆναι, ad προελθόντος supplendum αὐτοῦ. Quare optime cum MSt. etiam Cph. ἐπιχειρῆσαι dedit, quem sequi debebam. Ut autem ad nostrum locum redeam, αὐτῷ in αὐτοῦ mutandum videri poterat non solum propter sequens ψοφοδεοῦς etc., sed quia per se genitivo h. l. rectius iungendum crederetur παρὰ, quamvis non sequente ψοφοδεοῦς. At vid. II, 25 not. 6. Add. II, 6. παρεῖναι εἰς Ἱεροσόλυμα. II, 10. III, 5. 36. εἰς τόπον εἰσί. V, 1 n. 37. *Fischer.* ad Platon. Phaed. p. 318 sq. *Schäfer.* melett. crit. p. 74. Praeterea paulo ante post verbum ἀπενηνεγμένος Ion. addit ἀπ᾽ ἐναντίας αὐτῷ. De verbo ψοφοδεοῦς i. e. *meticulosus* quod mox legitur, vid. Plutarch. Nicias c. II. τὸ δ᾽ ἐν τῇ πολιτείᾳ ψοφοδεὲς καὶ πρὸς τοὺς συκοφάντας εὐθορύβητον αὐτοῦ. Maximi Tyr. dissert. I, 4 p. 15. ed. *Reisk.* ἀνδρὸς γὰρ βίος πρὸς ἡδονὴν νενευκότος καὶ λύπην ἐπτοημένου, κοῦφος καὶ ψοφοδεὴς καὶ ἄπιστος καὶ θαλάσσης πάσης ἀδηλότερος. *Gataker.* ad Anton. VI, 30 p. 242. *Meinecke* ad Menandr. p. 183. cf. *Valckenaer.* ad Eurip. Phoeniss. v. 277 p. 97 sq. *Valesius* in nott. in Harpocrat. Lexic. p. 60. „An ψοφοδεεῖ? Sic Suidas in ὄνος λύρας, Μένανδρος ψοφοδεεῖ. ὄνος λύρας ἤκουε καὶ σάλπιγγος ὗς. Est autem ψοφοδεὴς, teste Hesychio, is qui *ad quemvis strepitum contremiscit*, qua voce utitur Plutarchus περὶ τοῦ ὅτι μά-

μάλιστα καὶ δεισιδαιμονεστάτου καθεστῶτος, τήν τε περὶ τὰ εἴδωλα καὶ τοὺς δαίμονας περὶ πολλοῦ τιθεμένου πλάνην. Μαντειῶν γοῦν δίχα καὶ χρησμῶν οὐδὲ μέχρις ὄνυχος 9), *ὡς εἰπεῖν, τολμᾶν τι κινεῖν οἷός τε ἦν. Οὗ χάριν καὶ τῷ καθ' ἡμῶν σφοδρότερον ἢ οἱ πρόσθεν καὶ πυκνότερον ἐπετίθετο διωγμῷ, νεώς τε κατὰ πᾶσαν πόλιν ἐγείρειν, καὶ τὰ χρόνου μήκει καθῃρημένα τεμένη, διὰ σπουδῆς ἀνανεοῦσθαι προστάττων, ἱερέας τε εἰδώλων κατὰ πάντα τόπον καὶ πόλιν· καὶ ἐπὶ τούτοιν ἑκάστης ἐπαρχίας* 10) *ἀρχιερέα, τῶν ἐν πολιτείαις ἕνα γέ τινα τὸν μά-*

λιστα τοῖς ἡγεμόσι δεῖ τοὺς φιλοσόφους διαλέγεσθαι. Quintilianus lib. X. cap. 1. inter Menandri fabulas *Psophodea* recenset: *Nisi forte aut illa mala iudicia, quae Epitrepontes, epicleros, lochos habent, aut meditationes in Psophodea, et nomothete hypobolimaeo non omnibus oratoriis numeris sunt absolutae.*" *H.* — 9) *Οὐδὲ μέχρις ὄνυχος — οἷος τε ἦν* i. e. sine vaticiniis et oraculis nec prima rei facere audebat initia, de quadam re suscipienda et exsequenda ne levissime quidem cogitare. Non male vertit Valesius: Nihil certe *aggredi*, nihil summo, quod aiunt, digito commovere absque vaticiniis et oraculis audebat. Haud dissimilia sunt, quae de Pharisaeis dicit Iesus apud Matth. XXIII, 4. *Δεσμεύουσι γὰρ φορτία βαρέα καὶ δυσβάστακτα, καὶ ἐπιτιθέασιν ἐπὶ τοὺς ὤμους τῶν ἀνθρώπων· τῷ δὲ δακτύλῳ αὐτῶν οὐ θέλουσι κινῆσαι αὐτά* i. e. ne levissime quidem ipsi conantur praeceptis suis difficilioribus satisfacere. Cf. interprett. ad h. l. et Maxim. Tyr. dissertt. VI, 7. Tom. I. p. 94. ed. Reisk. *κολάκων ἐσμοὶ καὶ θίασοι σεσηρότων, καὶ σαινόντων, καὶ ἐπ' ἄκρᾳ τῇ γλώττῃ τὸ φιλεῖν ἐχόντων.* Sed meticulosa illa Maximini superstitio optime h. l. simul exprimitur additis verbis *τολμᾶν οἷός τε ἦν*, id quod longe minus foret, si simpliciter scriptum esset: *οὐδὲ μέχρις ὄνυχος, ὡς εἰπεῖν, τι ἐκίνει.* Nam illa quidem *τολμᾶν οἷός τε ἦν* hanc vim habent, ut cogitetur Maximinus sine vaticiniis et oraculis quidquam aggredi *ne conari quidem potuisse.* Vid. Euseb. H. E. II, 1 p. 94. *οὔπω μὲν ἔθνεσιν οἷοί τε ἦσαν τοῦ τῆς πίστεως μεταδιδόναι λόγου τολμᾶν.* ibid. IX, 16 init. *τολμᾶν ὥρμητο θρασύνεσθαι*, ubi minime abundare credendum est *τολμᾶν* neque recte vertit Strothius: *fing er an übermüthig zu werden*, et Vales.: *confidentia atque insolentia coepit extolli.* Imo *τολμᾶν* addidit Eusebius, ut non sine magna audacia Licinium *θρασύνεσθαι* potuisse significaret. Cf. praecedentia. Similiter Paulus in epist. ad Roman. II, 7. aptissime scripsit: *τοῖς μὲν καθ' ὑπομονὴν ἔργου ἀγαθοῦ*, non simpliciter *κατὰ ἔργον ἀγαθὸν* (cf. v. 6. *ὃς ἀποδώσει ἑκάστῳ κατὰ τὰ ἔργα αὐτοῦ*), ut simul significaret bene facta non facili negotio et quasi ludibundum hominem posse et debere patrare, sed sudore constare omnem virtutem. Quare vertenda sunt illa verba: aliis quatenus *fortiter* bona facinora fecerint. *H.* — 10) *Ἑκάστης ἐπαρ-*

λιστα ἐμφανῶς διὰ πάσης ἐμπρέψαντα λειτουργίας, μετὰ στρατιωτικοῦ στίφους καὶ δορυφορίας ἐκτάσσων, ἀναίδην τε πᾶσι γόησιν, ὡς ἂν εὐσεβέσι καὶ θεῶν προσφιλέσιν, ἡγεμονίας καὶ τὰς μεγίστας προνομίας δωρούμενος. Ἐκ δὴ τούτων ὁρμώμενος, πόλιν μὲν οὐ μίαν οὐδὲ χώραν, ὅλας δὲ ἄρδην τὰς ὑπ' αὐτὸν ἐπαρχίας, χρυσοῦ καὶ ἀργύρου καὶ χρημάτων ἀμυθήτων εἰσπράξεσιν, ἐπισκήψεσι [11]) τε βαρυτάταις, καὶ ἄλλοτε ἄλλαις

χίας ἀρχιερέα. Sacerdotes vocabantur a gentilibus, qui totius provinciae templa ac delubra sub dispositione sua habebant, flamines vero, qui in singulis oppidis ac municipiis deorum sacra procurabant, ut jampridem notavi ad lib. XXVIII. Amm Marcellini. [Cap. 6. p. 542. XXIX, 5. p. 571. ed. poster. Hadr. Val. *H.*] Cave porro existimes, Maximinum primum sacerdotes provinciae instituisse. Diu enim ante illum fuerunt. Sed Maximinus eorum honorem auxit, addito illis satellitio, id est, lictoribus et apparitoribus. [Lact. l. l. c. XXXVI. *Novo*, inquit, *more* (Maximinus) *sacerdotes maximos per singulas civitates singulos ex primoribus fecit.* Quae verba sane non evincunt, primum instituisse Maximinum illos sacerdotes, ut dixit Lowth. *H.*] Creabantur autem sacerdotes ex corpore curialium, ii qui omnibus muneribus publicis cum summa laude ante perfuncti essent. Tantaque haec dignitas habebatur ut ipsos magistratus seu duumviros in gradu antecederent. Certe in gestis purgationis Caeciliani, ea dignitas ante duumviratum nominatur. Sic enim legitur: *In iure apud Aurelium Didymum Speretium sacerdotem Iovis optimi max. duumvirum splendidae coloniae Carthaginiensium.* Vid. cap. 4. lib. IX. Hi sacerdotes in secretaria iudicum ingrediendi et cum iis sedendi ius habebant, ut patet ex actis Theodori martyris die 9. Novembris. [De verbo praecedenti ἀνανεοῦσθαι vid. *Irmisch.* ad Herodian. VIII, 2, 12. Tom. III. p. 941. cf. ibid. II, 6, 15. IV, 15, 16. VI, 2, 6. 17. V, 3, 22. IV, 8, 2. In sequentibus an pro ἀναίδην legendum ἀνέδην? Vid. *Irmisch.* ibid. IV, 1 Tom. II. p. 805. *Heindorf.* ad Platon. Gorg. p. 523. Cf. *Davisius* ad Maxim. Tyr. dissertt. XXVIII, 2. Tom. II. p. 55. ed. *Reisk.*, ubi ad verba Maximi εἰκῆ καὶ ἀνέδην haec observat V. D. „Vulgo ἀναίδην. Sed Heinsius et Schottus merito reponunt ἀνέδην, id enim postulat oratio. Vide Suidam. Dion. Chrysostomus Orat. XXXI. p. 322. Ἐπειδὴ λίαν κατακόρως καὶ [ἀναίδην] αὐτῷ κέχρηνται τινές. Scribe λίαν κατακόρως καὶ [ἀνέδην] αὐτῷ κέχρηνται τινές. Pariter ἀναίδην male pro ἀνέδην legitur apud Eusebium H. E. VIII. 14. IX. 8. et de Vita Constantini III. 58." In Eusebio tamen haud scio an possit ferri ἀναίδην. Cf. *Passow.* in Lexic. s. v. ἀνέδην. Quare ἀνέδην quamvis iubente *Davisio* l. 1., scribere non ausus sum. Cf. Zosim. hist. II, 29 p. 181 ed. *Cellar.* Socrat. H. E. I, 2. μοιχεύων ἀναίδην. *H.*] — 11) Ἐπισκήψεσι. Musculus vertit *statutis*, Christophorsonus *mandatis gravissimis.* [Val. *indictionibus* Stroth. male *Urthei-*

καταδίκαις ἡνία καὶ κατεπίεζε. Τῶν γε μὴν εὐπόρων τὰς ἐκ προγόνων περιποιηθείσας οὐσίας ἀφαιρούμενος, πλούτους ἀθρόως καὶ σωροὺς χρημάτων τοῖς ἀμφ' αὐτὸν κόλαξιν ἐδωρεῖτο. Παροινίας γε μὴν καὶ μέθης ἐς τοσαύτην ἠνέχθη φορὰν, ὡς ἐν τοῖς πότοις παρακόπτειν καὶ τῶν φρενῶν παρεξίστασθαι, τοιαῦτά τε μεθύοντα προστάττειν, οἷα ἀνανήψαντα αὐτὸν τῇ ὑστεραίᾳ εἰς μετάμελον ἄγειν· κραιπάλης δὲ καὶ ἀσωτίας μηδενὶ καταλιπὼν ὑπερβολὴν, κακίας διδάσκαλον τοῖς ἀμφ' αὐτὸν ἄρχουσί τε καὶ ἀρχομένοις ἑαυτὸν καθίστη, θρύπτεσθαι μὲν τὸ στρατιωτικὸν διὰ πάσης τρυφῆς τε καὶ ἀκολασίας ἐνάγων, ἡγεμόνας δὲ καὶ στρατοπεδάρχας δι' ἁρπαγῶν καὶ πλεονεξίας χωρεῖν κατὰ τῶν ὑπηκόων, μονονουχὶ συντυραννοῦντας αὐτῷ προκαλούμενος. Τί δεῖ τὰς ἐμπαθεῖς τοῦ ἀνδρὸς αἰσχρουργίας μνημονεύειν; ἢ τῶν πρὸς αὐτοῦ μεμοιχευμένων ἀπαριθμεῖσθαι τὴν πληθύν; Οὐκ ἦν γέ τοι πόλιν αὐτὸν παρελθεῖν, μὴ οὐχὶ ἐκ παντὸς φθορὰς γυναικῶν, παρθένων τε ἁρπαγὰς εἰργασμένον. Κατὰ πάντων γέ τοι αὐτῷ ταῦτα προὐχώρει, μὴ ὅτι μόνων Χριστιανῶν, οἳ θανάτου καταφρονήσαντες, παρ' οὐδὲν αὐτοῦ τὴν τοσαύτην ἔθεντο τυραννίδα. Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες [12]) ἀνατλάντες πῦρ καὶ σίδηρον καὶ προσηλώσεις, θῆράς τε ἀγρίους καὶ θαλάττης βυθοὺς, ἀποτομάς τε μελῶν καὶ καυτῆρας, καὶ ὀφθαλμῶν κεντήσεις τε καὶ ἐξορύξεις, καὶ τοῦ παντὸς σώματος ἀκρωτηριασμοὺς, λιμόν τε ἐπὶ τούτοις καὶ μέταλλα καὶ δεσμὰ, ἐπὶ πάντων μᾶλλον ὑπομονὴν τὴν ὑπὲρ εὐσεβείας ἐνεδείξαντο, ἢ τὸ σέβας τὸ εἰς θεὸν εἰδώλοις ἀντικατηλλάξαντο. Αἱ δ' αὖ γυναῖκες οὐχ ἧττον τῶν ἀνδρῶν ὑπὸ τῆς τοῦ θείου λόγου διδασκαλίας ἠῤῥενωμέναι, αἱ μὲν τοὺς αὐτοὺς τοῖς ἀνδράσιν ἀγῶνας ὑποστᾶσαι, ἴσα τῆς ἀρετῆς ἀπηνέγκαντο βραβεῖα, αἱ δὲ ἐπὶ φθορὰν ἑλκόμεναι, θᾶττον τὴν ψυχὴν θανάτῳ, ἢ τὸ σῶμα τῇ φθορᾷ παραδεδώκασι. Μόνη γοῦν τῶν ἄλλων ὑπὸ τοῦ τυράννου μεμοιχευμένων, Χριστιανὴ [13]) τῶν ἐπ' Ἀλεξανδρείας ἐπιση-

---

len. H.] Eadem voce utitur Eus. in lib. X. historiae ecclesiasticae cap. 8. de Licinio loquens: *ἐπισκήψεις τε μυρίας κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν ἐπενόει*. — 12) *Οἱ μὲν γὰρ ἄνδρες.* Vide panegyricum ab Eusebio scriptum in tricennalibus Constantini pag. 622. ubi haec iisdem fere verbis repetuntur. — 13) *Μόνη — Χριστιανή.* Hanc esse ex quorundam opinione martyrem Catharinam, seu, ut Graeci scribant, Haecatherinam; Rufinum vero lib. VIII. histor. c. 17. Dorotheam illam dicere, animad-

pidibus structam. Christophorsonus autem interpretatur: *Ex vivis incedentibusque in terra lapidibus.* Ego *ex vivis firmisque lapidibus* vertere malui. Neque enim intelligo quomodo probe fundata sit domus, si lapides incedunt. Eadem vox occurrit infra prope finem huius cap. ζῶντας καὶ βεβηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους. Sed in his lector quod maluerit eliget. Neque enim Christophorsoni interpretationem hic damno. Quod vero haec verba τῷ θεολογουμένῳ de Christo accepit, omnino probare non possum. Nam Eusebius paulo post dicit Christum esse illius templi lapidem angularem. Igitur deum patrem hic intelligit, qui templi inspector sit. Hieronymus in cap. 2. Aggaei βεβηκότας λίθους ita vertit: *Neque enim putandum est deum auro et gemmis aedificaturum Hierusalem, et non vivis lapidibus qui nunc volvuntur super terram.* Verba sunt Zachariae cap. 9. λίθοι ἅγιοι κυλίονται ἐπὶ γῆς αὐτοῦ. Ad quem locum alludit idem Hieronymus in epistola ad Eustochium de custodia virgin.: *Postquam de duritia nationum generati sunt filii Abrahami, coeperunt sancti lapides volvi super terram.* Et in epitaphio Paulae: *Nolebat in his lapidibus pecuniam effundere, qui cum terra et seculo transituri sunt, sed in vivis lapidibus qui volvuntur super terram.* [Musculi interpretationem verbi βεβηκότων ineptam esse, per se, credo, intelligitur. Sed Christophorsoni etiam cur reiicienda sit, ex iis certe quae Valesius annotavit, vix appareat. Quod enim dicit V. D., se non intelligere, quomodo probe fundata sit domus, si lapides incedant, eo ipsum ostendisse puto, se non satis perspexisse locum Eusebii, qui quos λίθους in mente habuerit, videndum est. Iam vero cum ex praecedentibus τὸν ἔμψυχον πάντων ἡμῶν ναὸν et ex sequentibus verbis τοῦτον δὴ οὖν τὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἐπεσκευασμένον ζῶντος θεοῦ ζῶντα ναόν, luculenter appareat, cum λίθοις eum h. l. comparasse homines, quatenus illi constituunt ecclesiam a Christo fundatam, per se profecto nulla causa est, cur non ut ζῶντες ita βεβηκότες i. e. *incedentes* λίθοι *homines* possint dici. Cf. Galat. II, 19 — 22. 1 Petr. II, 5. At nihilominus ipse Valesii interpretationem praeferendam puto, idque propterea quia inferius ipso illo loco, quem iam significavit Valesius, βεβηκότας λίθους vix interpretari possumus *incedentes lapides*, imo ibi *stabiles* tantum interpretandum esse cum Valesio, satis apparet. Nam quamvis ibi quoque non de lapidibus qui proprio sensu dicuntur, cogitandum sit, sed potius animos hominum cum lapidibus contendat Eusebius et verba πανταχόθεν τοὺς ζῶντας — — καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους ἐγκρίνας vertenda sint: *animos* undique *quasi* quosdam vivos — et firmos lapides undique seligens (cf. quae monui ad Euseb. H. E. V, 24 not. 10.), tamen quomodo Eusebius si vel ineptissimis alibi eum uti concedere velles imaginibus, ut incedentes s. euntes lapides *animos* hominum sibi cogitare potuerit, nemo facile dixerit, nisi forte τῶν ψυχῶν de hominibus in universum dictum

ὃν ἀπεδοκίμασαν μὲν οὐχ οἱ τῆς παλαιᾶς καὶ μηκέτ' οὔσης ἐκείνης μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς εἰσέτι νῦν τῶν πολλῶν ἀνθρώπων οἰκοδομῆς, κακοὶ κακῶν ὄντες ἀρχιτέκτονες, δοκιμάσας δὲ ὁ πατὴρ καὶ τότε καὶ νῦν, εἰς κεφαλὴν γωνίας τῆσδε τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐκκλησίας ἱδρύσατο. *Τοῦτον* δὴ οὖν τὸν ἐξ ἡμῶν αὐτῶν ἐπεσκευασμένον ζῶντος θεοῦ ζῶντα ναὸν (τὸ μέγιστον καὶ ἀληθεῖ λόγῳ [21]) θεοπρεπὲς ἱερεῖον φημὶ, οὗ τὰ ἐνδοτάτω ἄδυτα τοῖς πολλοῖς ἀθεώρητα καὶ ὄντως ἅγια καὶ τῶν ἁγίων ἅγια) τίς ἂν ἐποπτεύσας ἐξειπεῖν τολμήσειε; τίς δὲ κἂν εἰσκύψαι περιβόλων ἱερῶν εἴσω δυνατὸς, ὅτι μὴ μόνος ὁ μέγας τῶν ὅλων ἀρχιερεὺς, ᾧ μόνῳ θέμις πάσης λογικῆς ψυχῆς τὰ ἀπόῤῥητα διερευνᾶσθαι; *Τάχα* δὲ καὶ ἄλλῳ δευτερεύειν μετὰ τοῦτον ἑνὶ μόνῳ τῶν ἴσων ἐφικτὸν [22]), τῷδε τῷ προκαθημένῳ τῆσδε τῆς στρα-

---

esse velit, ut de corpore potius hominis cogitandum sit, quod tanquam incedens ab Eusebio illo loco proponatur. Sed neque hoc posse statui, docent verba quae statim sequuntur *ὅτι μὴ ψυχὴ μόνον καὶ διάνοια, καὶ τὸ σῶμα δὲ αὐτοῖς —— κατηγλάϊστο*. Itaque recte vertit ibi *stabiles* lapides *βεβηκότας λίθους* Val. Iam vero accedit, quod voce *βαίνειν* similiter utitur Eus. H. E. VIII, 7 p. 25 sq. *τὴν ἐν σώμασι νέοις βεβηκυῖαν καὶ ἀδιάτρεπτον ἔνστασιν* i. e. *stabilem* — constantiam. praeparat. evang. I, 3., ubi haec leguntur: *Αὐτίκα γοῦν τὴν διδασκαλίαν αὐτοῦ κηρυχθήσεσθαι καθ' ὅλης τῆς ἀνθρώπων οἰκουμένης, — θεσπίσαντος (τοῦ Χριστοῦ), τὴν δὲ ὕστερόν ποτε συστᾶσαν τῇ αὐτοῦ δυνάμει ἐξ ἁπάντων τῶν ἐθνῶν ἐκκλησίαν — — — ἀκαταμάχητον ἔσεσθαι — ἑστάναι δὲ καὶ μένειν ἄσειστον, ὡς ἂν ἐπ' ἀσείστῳ καὶ ἀῤῥαγεῖ πέτρᾳ τῇ αὐτοῦ δυνάμει βεβηκυῖάν τε καὶ ἐῤῥιζωμένην ἀποφηναμένου etc.* Quae ultima verba *Vigerus* ita vertit: utpote, quae — tanquam immoto ac nullis omnino machinis perrumpendo scopulo, *altis defixa radicibus nitetur*. Praeterea vid. *Vigeri* animadvv. p. 1. ad l. l. cf. *Toup.* et *Weiske* ad Longin. XL, 4 p. 458. *Fischer*. in indice ad Palaephatum. *H.*] — 21) *Ἀληθεῖ λόγῳ*. Idem est ac *ἀληθῶς*. Musculus tamen et Christophorsonus *vero dei verbo* interpretati sunt, quod meo quidem iudicio ineptissimum est. — 22) *Ἑνὶ μόνῳ τῶν ἴσων ἐφικτόν*. Post haec verba asteriscus notatur in codice Med. et ad marginem adscriptum est, *καὶ τοῦτο ἀσεβές*. Omnino scholiastes qui hoc scholion adscripsit, existimasse videtur, Eusebium hic loqui de Christo, cum tamen de Paulino loquatur Tyriorum episcopo, quem ait secundum a Christo locum obtinere in regendis fidelibus. Hoc vero impietatis argui non potest, cum pontifices omnes imaginem Christi referant eiusque in administranda ecclesia vicem gerant. [? *H.*] Fatendum est tamen, Eusebium nimis hic tribuisse Paulino, dum ei *τὰ ἴσα δευτερεῖα* tanquam aequali et collegae

τιᾶς ἡγεμόνι, ὃν αὐτὸς ὁ πρῶτος καὶ μέγας ἀρχιερεὺς δευτερείοις τῶν τῇδε ἱερείων τιμήσας, ποιμένα τῆς ὑμετέρας ἐνθέου ποίμνης, κλήρῳ καὶ κρίσει τοῦ πατρὸς τὸν ὑμέτερον λαχόντα λαὸν, ὡς ἂν θεραπευτὴν καὶ ὑποφήτην αὐτὸς ἑαυτοῦ κατετάξατο, τὸν νέον Ἀαρὼν, ἢ Μελχισεδὲκ, ἀφωμοιωμένον τῷ υἱῷ τοῦ θεοῦ, μένοντά τε καὶ πρὸς αὐτοῦ τηρούμενον εἰς τὸ διηνεκὲς ταῖς κοιναῖς ἁπάντων ὑμῶν εὐχαῖς. Τούτῳ δὴ οὖν ἐξέστω μόνῳ μετὰ τὸν πρῶτον καὶ μέγιστον ἀρχιερέα, εἰ μὴ τὰ πρῶτα, τὰ δεύτερα γοῦν ὅμως ὁρᾶν τε καὶ ἐπισκοπεῖν τῆς ἐνδοτάτω τῶν ὑμετέρων ψυχῶν θεωρίας, πείρᾳ μὲν καὶ χρόνου μήκει ἕκαστον ἀκριβῶς ἐξητακότι, σπουδῇ τε τῇ αὐτοῦ καὶ ἐπιμελείᾳ τοὺς πάντας ὑμᾶς ἐν κόσμῳ καὶ λόγῳ τῷ κατ' εὐσέβειαν διατεθειμένῳ, δυνατῷ τε ὄντι μᾶλλον ἁπάντων, ὧν αὐτὸς σὺν θείᾳ δυνάμει κατηρτίσατο [23]), τούτων τοῖς ἔργοις ἐφαμίλλως ἀποδοῦναι τοὺς λόγους. Ὁ μὲν οὖν πρῶτος καὶ μέγας ἡμῶν ἀρχιερεὺς, ὅσα βλέπει τὸν πατέρα ποιοῦντα, ταῦτα, φησὶν, ὁμοίως καὶ ὁ υἱὸς ποιεῖ· ὁ δὲ καὶ αὐτὸς ὡς ἂν ἐπὶ διδάσκαλον τὸν πρῶτον καθαροῖς νοὸς ὄμμασιν ἀφορῶν, ὅσα βλέπει ποιοῦντα, ὡς ἂν ἀρχετύποις χρώμενος παραδείγμασι, τούτων τὰς εἰκόνας ὡς ἐνὶ μάλιστα δυνατὸν, εἰς τὸ ὁμοιότατον δημιουργῶν ἀπειργάσατο, οὐδὲν ἐκείνῳ καταλιπὼν τῷ Βεσελεὴλ, ὃν αὐτὸς ὁ θεὸς πνεύματος ἐμπλήσας σοφίας καὶ συνέσεως καὶ τῆς ἄλλης ἐντέχνου καὶ ἐπιστημονικῆς γνώσεως, τῆς τῶν οὐρανίων τύπων, διὰ συμβόλων ναοῦ κατασκευῆς [24]), δημιουργὸν ἀνακέκληται. Ταύτῃ δ' οὖν καὶ ὅδε Χριστὸν ὅλον, τὸν λόγον, τὴν σοφίαν, τὸ φῶς, ἐν τῇ αὐτὸς αὐτοῦ ἀγαλματοφορῶν [25]) ψυχῇ, οὐδ' ἔστιν εἰπεῖν οἵᾳ σὺν με-

---

Christi adscribit, dum Melchisedechum vocat. [Vid. *Planck. Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* Tom. I. p. 398 not. 21. *H.*] — 23) Ὧν αὐτὸς κατηρτίσατο. Intelligit fabricam ecclesiae Tyri tam spiritalem quam materialem, cuius formam ac rationem solum ait edere posse Paulinum, qui eam fabricam divina ope architectatus est. — 24) Ναοῦ κατασκευῆς. Beseleel arcam seu tabernaculum dei fabricavit, non autem templum, ut legitur in exodi cap. XXXVIII. Templum igitur improprie sumit Euseb. pro tabernaculo. Eodem fere modo, quo in actibus apostolorum templum dianae dicitur pro aedicula. — 25) Ἀγαλματοφορῶν. Metaphora est a sacerdotibus gentilium, qui simulachra deorum humoris suis baiulabant, ut notavi ad lib. XXII. Amm. Marcellini, ubi de Iuliano imp. dicit: *Vehens licenter pro sacerdotibus sacra.* Eadem vox occurrit paulo infra. [Vertit Val. *tanquam* imaginem gestans. *H.*]

γαλοφροσύνῃ, πλουσίᾳ τε καὶ ἀπλήστῳ διανοίας χειρὶ, καὶ σὺν οἷα πάντων ὑμῶν φιλοτιμίᾳ, τῇ τῶν εἰσφορῶν μεγαλοψυχίᾳ τῆς αὐτῆς αὐτῷ προθέσεως κατὰ μηδένα τρόπον ἀπολειφθῆναι φιλονεικότερον μεγαλοφρονουμένων, τὸν μεγαλοπρεπῆ τόνδε θεοῦ τοῦ ὑψίστου νεὼν, τῷ τοῦ κρείττονος παραδείγματι ὡς ἂν ὁρώμενον μὴ ὁρωμένου, τὴν φύσιν ἐμφερῆ συνεστήσατο. χῶρον μὲν τόνδε, ὅτι καὶ ἄξιον εἰπεῖν, πρῶτον ἁπάντων, πάσης οὐ καθαρᾶς ὕλης ἐχθρῶν ἐπιβουλαῖς κατακεχωσμένον οὐ παριδὼν, οὐδὲ τῇ τῶν αἰτίων παραχωρήσας κακίᾳ, ἐξὸν ἐφ' ἕτερον ἐλθόντα, μυρίων ἄλλων εὐπορουμένων τῇ πόλει, ῥαστώνην εὕρασθαι τοῦ πόνου, καὶ πραγμάτων ἀπηλλάχθαι. Ὁ δὲ πρῶτον αὐτὸν ἐπὶ τὸ ἔργον ἐγείρας, εἶτα δὲ τὸν σύμπαντα λαὸν προθυμίᾳ ῥώσας καὶ μίαν ἐξ ἁπάντων μεγάλην χεῖρα συναγαγὼν, πρῶτον ἆθλον ἠγωνίζετο 26); αὐτὴν δὴ μάλιστα τὴν ὑπὸ τῶν ἐχθρῶν πεπολιορκημένην, αὐτὴν τὴν προπονήσασαν, καὶ τοὺς αὐτοὺς ἡμῖν καὶ πρὸ ἡμῶν διωγμοὺς ὑπομείνασαν, τὴν μητρὸς δίκην τῶν τέκνων ἐρημωθεῖσαν ἐκκλησίαν, συναπολαῦσαι δεῖν οἰόμενος τῆς τοῦ παναγάθου μεγαλοδωρεᾶς. Ἐπειδὴ γὰρ τοὺς παῖθας αὖθις 27) ὁ μέγας ποιμὴν, τοὺς θῆρας καὶ τοὺς λύκους καὶ πᾶν ἀπηνὲς καὶ ἄγριον γένος ἀποσοβήσας, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων, ᾗ φησὶ τὰ θεῖα λόγια, συντρίψας, ἐπὶ ταὐτὸν αὖθις συνελθεῖν ἠξίωσε, δικαιότατα καὶ τῆς ποίμνης τὴν μάνδραν ἀνίστη, τοῦ καταισχῦναι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν 28), καὶ ὡς ἂν ἔλεγχον ταῖς θεομάχοις τῶν ἀσεβῶν προαγάγοι τόλμαις. Καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν 29) οἱ θεομισεῖς, ὅτι μηδὲ ἦσαν· εἰς βραχὺ δὲ ταράξαντες καὶ ταραχθέντες, εἶθ' ὑποσχόντες τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτοὺς καὶ φίλους καὶ οἴκους, ἄρδην ἀναστάτους κατέστησαν· ὡς τὰς πάλαι στήλαις ἱεραῖς καταγραφείσας προῤῥήσεις, ἔργοις

— 26) *Πρῶτον ἆθλον ἠγωνίσατο.* Alludit ad Herculis labores seu certamina. — 27) *Τοὺς παῖδας αὖθις.* Lego τοὺς παῖδας αὐτῆς supple ἐκκλησίας. Alioqui nisi ita scripseris, bis in eadem periodo repeteretur vox αὖθις. [Hoc in Eusebio quis non facile ferat? *H.*] — 28) *Ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητήν.* Verba sunt ex psalmo VIII. Davidis, ubi hodie legitur, *ut destruas inimicum et ultorem.* Vetus versio Gallicana habebat, *ut destruas inimicum et defensorem*, teste Sulpicio in vita Martini. — 29) *Καὶ νῦν οὐκ εἰσίν.* Imitatur Eusebius locum Dionysii Alexandrini, qui de Macriano eiusque liberis [Imo de solo Macriano. *H.*] ita loquitur in epist. ad Hermammonem quam refert Eusebius in lib. VII. cap. 23. ὁ μὲν οὐκ ἔστιν ἐπεὶ μηδὲ ἦν. [Vid. *Excursus* XVI. *H.*] —

πιστὰς ὁμολογεῖσθαι, δι᾽ ὧν τά τε ἄλλα ὁ θεῖος ἐπαληθεύει λόγος, ἀτὰρ καὶ τάδε περὶ αὐτῶν ἀποφαινόμενος· „Ῥομφαίαν ἐσπάσαντο οἱ ἁμαρτωλοὶ, ἐνέτειναν τόξον αὐτῶν, τοῦ καταβαλεῖν πτωχὸν καὶ πένητα, τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν, καὶ τὰ τόξα αὐτῶν συντριβείη.“ Καὶ πάλιν· „Ἀπώλετο τὸ μνημόσυνον αὐτῶν μετ᾽ ἤχου, καὶ τὸ ὄνομα αὐτῶν ἐξήλειψας εἰς τὸν αἰῶνα, καὶ εἰς τὸν αἰῶνα τοῦ αἰῶνος· ὅτι δὴ καὶ ἐν κακοῖς γενόμενοι, ἐκέκραξαν καὶ οὐκ ἦν ὁ σώζων, πρὸς κύριον, καὶ οὐκ εἰσήκουσεν αὐτῶν. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν συνεποδίσθησαν καὶ ἔπεσον, ἡμεῖς δὲ ἀνέστημεν καὶ ἀνωρθώθημεν.“ Καὶ τό γε ἐν τούτοις προαναφωνοῦν· „κύριε, ἐν τῇ πόλει σου τὴν εἰκόνα αὐτῶν ἐξουδενώσεις,“ ἀληθὲς ὑπ᾽ ὀφθαλμοῖς πάντων ἀναπέφανται. Ἀλλ᾽ οἱ μὲν γιγάντων τρόπον[30]) θεομαχίαν ἐνστησάμενοι, τοιαύτην εἰλήχασι τὴν τοῦ βίου καταστροφήν· τῆς δ᾽ ἐρήμου καὶ παρ᾽ ἀνθρώποις ἀπεγνωσμένης, τοιαῦτα οἷα τὰ ὁρώμενα τῆς κατὰ θεὸν ὑπομονῆς τὰ τέλη, ὡς ἀναφωνεῖν αὐτῇ τὴν προφητείαν Ἡσαΐου ταῦτα· „Εὐφράνθητι ἔρημος διψῶσα, ἀγαλλιάσθω ἔρημος καὶ ἀν-

30) *Γιγάντων — ἐνστησάμενοι.* Dubium videri potest vel h. l., utrum Eusebius quoque variis illis, quae de gigantibus inter antiquos circumferebantur, narratiunculis fidem habuerit, nec ne. Cf. quae annotavi ad Euseb. H. E. I, 2 not. 37 p. 22. Adde Euseb. V. C. I, 5. *τῆς δ᾽ αὐτοῦ μοναρχικῆς ἐξουσίας τὴν εἰκόνα δοὺς, νικητὴν ἀπέδειξε παντὸς τυραννικοῦ γένους, θεομάχων τ᾽ ὀλετῆρα γιγάντων, οἳ ψυχῆς ἀπονοίᾳ πρὸς αὐτὸν ἤραντο τὸν παμβασιλέα τῶν ὅλων δυσσεβείας ὅπλα.* Contra Augustin. de civit. dei XV, 23. „*Vidi*, inquit, *ipse non solus, sed aliquot mecum, in Uticensi litore molarem hominis dentem tam ingentem, ut si in nostrorum dentium modulos minutatim concideretur, centum nobis videretur facere potuisse; sed illum gigantis alicuius fuisse crediderim.*“ Cf. Arnob. adversus gentes II, 75. „*Nonne literas auditis commemorantes vestras, fuisse homines olim Semideos, Heroas, cum immanibus corporibus atque vastis?* Non infantes sub uberibus matrum stentoreos legitis edidisse vagitus, *quorum ossa variis in regionibus eruta, vix repertoribus fecerunt fidem, humanorum reliquias esse membrorum?*“ Ad quem locum *Orellius* in annott. Part. II. p. 113. laudat Hieron. Magii Miscell. II. cap. 4. Cf. *Elmenhorstius* et *Stewechius* ad l. l. Arnobii. *Cramer.* *Fortsetzung des Bossuet* Tom. IV. p. 298 sq. ed. nov. Praeterea de gigantibus vid. *Heyne* ad Apollodor. p. 28 sq. *Voss.* ad Virg. Georg. I, 281. et *mythologische Briefe* II. p. 259 sq. *Klopfer.* *mythologisches Wörterbuch* Tom. I. p. 141. p. 750 sqq. cf. *Riccii* dissertatt. Homericc. p. 136 sqq. ed. *Born.* et *Spanhem.* ad Iulian. orat. I. p.

θείτω ὡς κρίνον· καὶ ἐξανθήσει καὶ ἀγαλλιάσεται τὰ ἔρημα. Ἰσχύσατε χεῖρες ἀνειμέναι, καὶ γόνατα παραλελυμένα· παρακαλέσατε ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μὴ φοβεῖσθε. Ἰδοὺ ὁ θεὸς ἡμῶν κρίσιν ἀνταποδίδωσι καὶ ἀνταποδώσει, αὐτὸς ἥξει καὶ σώσει ἡμᾶς· ὅτι, φησὶν, ἐῤῥάγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, καὶ φάραγξ ἐν γῇ διψώσῃ, καὶ ἡ ἄνυδρος ἔσται εἰς ἕλη, καὶ εἰς τὴν διψῶσαν γῆν πηγὴ ὕδατος ἔσται.“ Καὶ τάδε μὲν λόγοις πάλαι προθεσπισθέντα, βίβλοις ἱεραῖς καταβέβλητο· τά γε μὴν ἔργα οὐκέτ' ἀκοαῖς, ἀλλ' ἔργοις ἡμῖν παραδέδοται. Ἡ ἔρημος ἥδε, ἡ ἄνυδρος, ἡ χήρα καὶ ἀπερίστατος, ἧς ὡς ἐν δρυμῷ ξύλων ἀξίναις ἐξέκοψαν τὰς πύλας ἐπὶ τὸ αὐτὸ, ἐν πέλυκι καὶ λαξευτηρίῳ συντρίψαντες αὐτὴν, ἧς καὶ τὰς βίβλους διαφθείραντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ ἁγιαστήριον τοῦ θεοῦ, εἰς τὴν γῆν ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ, ἣν ἐτρύγησαν πάντες οἱ παραπορευόμενοι τὴν ὁδὸν, προκαθελόντες αὐτῆς τοὺς φραγμοὺς, ἣν ἐλυμήνατο ὗς ἐκ δρυμοῦ, καὶ μονιὸς ἄγριος κατενεμήσατο, Χριστοῦ δυνάμει παραδόξῳ νῦν, ὅτε θέλει αὐτὸς, γέγονεν ὡς κρίνον· ἐπεὶ καὶ τότε αὐτοῦ νεύματι, οἷς ἂν προκηδομένου πατρὸς ἐπαιδεύετο· ὃν γὰρ ἀγαπᾷ κύριος, παιδεύει, μαστιγοῖ δὲ πάντα υἱὸν ὃν παραδέχεται. Μέτρῳ δῆτα κατὰ τὸ δέον ἐπιστραφεῖσα, αὖθις ἄνωθεν ἐξ ὑπαρχῆς ἀγαλλιᾶν προστάττεται, ἐξανθεῖ τε ὡς κρίνον, καὶ τῆς ἐνθέου εὐωδίας εἰς πάντας ἀποπνεῖ ἀνθρώπους· ὅτι, φησὶν, ἐῤῥάγη ἐν τῇ ἐρήμῳ ὕδωρ, τὸ νᾶμα [31]) τῆς θείας τοῦ σωτηρίου λουτροῦ παλιγγενεσίας· καὶ νῦν γέγονεν ἡ πρὸ μικροῦ ἔρημος εἰς ἕλη, καὶ εἰς τὴν διψῶσαν γῆν ἔβρυσε πηγὴ ὕδατος ζῶντος· ἴσχυσάν τε ὡς ἀληθῶς χεῖρες αἱ τὸ πρὶν ἀνειμέναι, καὶ τῆς τῶν χειρῶν ἰσχύος ἔργα, τάδε τὰ μεγάλα καὶ ἐναργῆ δείγματα· ἀλλὰ καὶ τὰ πάλαι σεσαθρωμένα καὶ παρειμένα γόνατα, τὰς οἰκείας ἀπολαβόντα βάσεις [32]), τὴν ὁδὸν τῆς θεογνωσίας εὐθυποροῦντα βαδίζει, ἐπὶ τὴν οἰκείαν ποίμνην τοῦ πανάγαθου ποιμένος σπεύδοντα. Εἰ δὲ καὶ ταῖς τῶν τυράννων

---

195 sq. Homer. Odyss. XI, 307 sqq. ibique Eustathius. H. — 31) Τὸν ἅμα τῆς θείας. Scribendum est absque dubio τὸ νᾶμα τῆς θείας τοῦ σωτηρίου λουτροῦ παλλιγενεσίας, quomodo legisse videtur Christophorsonus. Atque ita plane scriptum habetur in codice Fuk. et Savil. — 32) Τὰς οἰκείας ἀπολαύοντα βάσεις. Legendum est ἀπολαβόντα, ut habent codex Med. Fuk. et Savil. et Maz. Ac profecto miror, neutrum interpretem

ἀπειλαῖς τὰς ψυχὰς τινὲς ἀπενάρκησαν, οὐ
ριος ἀθεραπεύτους παρορᾷ λόγος· εὖ μάλα δὲ
νος, εἰς τὴν τοῦ θείου παράκλησιν παρορμ
λέσατε οἱ ὀλιγόψυχοι τῇ διανοίᾳ, ἰσχύσατε, μ
των δεῖν ἀπολαῦσαι τὴν διὰ θεὸν γενομένην
προαγορεύοντος ἐπακούσας ὀξείᾳ διανοίας ἀκοῇ
μῶν καὶ καλὸς Ζοροβάβελ, μετὰ τὴν πικρὰν ἐκ
καὶ τὸ βδέλυγμα τῆς ἐρημώσεως, οὐ παριδὼν τὸ πτ
στα πάντων παρακλήσεσι καὶ λιταῖς, ἵλεων τὸν πατέ
νῆς ὑμῶν ἁπάντων ὁμοφροσύνης καταστησάμενος
νεκρῶν ζωοποιὸν σύμμαχον παραλαβὼν καὶ συνερ
ἐξήγειρε, προαποκαθάρας καὶ προθεραπεύσας τῶν
λὴν οὐ τὴν ἐξ ἀρχαίου παλαιὰν αὐτῇ περιετέθεικ
αὖθις παρὰ τῶν θείων χρησμῶν ἐξεπαιδεύετο,
γόντων· „καὶ ἔσται ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ
τὴν προτέραν.“ Ταύτῃ δ' οὖν πολὺ μείζονα τὸν
περιλαβὼν, τὸν μὲν ἔξωθεν ὀχυροῦτο περίβολον
τὸς περιτειχίσματι, ὡς ἂν ἀσφαλέστατον εἴη τοῦ
Πρόπυλον δὲ μέγα καὶ εἰς ὕψος ἐπηρμένον πρὸς αὐ
τος ἡλίου ἀκτῖνας ἀναπετάσας, ἤδη καὶ τοῖς μακρὰν
ἔξω ἱερῶν ἑστῶσι, τῆς τῶν ἔνδον παρέσχεν ἀφθονίαν
νονουχὶ καὶ τῶν ἀλλοτρίων τῆς πίστεως ἐπὶ τὰς π
δοὺς ἐπιστρέφων τὰς ὄψεις, ὡς ἂν μὴ παρατρέχῃ
τὴν ψυχὴν κατανυγεὶς πρότερον μνήμῃ τῆς τε πρὶν
τῆς νῦν παραδόξου θαυματουργίας, ὑφ' ἧς τάχα καὶ
σεσθαι κατανυγέντα, καὶ πρὸς αὐτῆς τῆς ὄψεως ἐπὶ τ
προτραπήσεσθαι ἤλπισεν. Εἴσω δὲ παρελθόντι πυλῶ
θὺς ἐφῆκεν ἀνάγνοις καὶ ἀνίπτοις ποσὶ τῶν ἔνδον ἐπ
γίων, διαλαβὼν δὲ πλεῖστον ὅσον τὸ μεταξὺ τοῦ τε ν
πρώτων εἰσόδων, τέτταρσι μὲν πέριξ ἐγκαρσίοις κ
στοαῖς, εἰς τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν
κίοσιν πανταχόθεν ἐπαιρομέναις· ὧν τὰ μέσα 34) δι

---

id vidisse, cum emendatio in promptu sit, et cuivis obvia.
τετράγωνόν τι σχῆμα περιφράξας τὸν τόπον. Pessime Chri
de sanctuario haec accepit, cum de spatio illo loquatur Eus
erat inter vestibulum et basilicam. Hoc igitur spatium in
speciem conclusum, quatuor obliquis porticibus a Paulino
fuisse dicit. — 34) Ὧν τὰ μέσα. Supple κιόνων. Itaque

ἐς ἀπεναρκτησα
ρᾶ λόγος· εὐ ...κτυωτοῖς ἐς τὸ σύμμετρον ἧκουσι μήκους πε-
παράκλησιν παρ... αἴθριον ἠφίει 35) εἰς τὴν τοῦ οὐρανοῦ κάτο-
διανοίᾳ, ἰσχύος ... ταῖς τοῦ φωτὸς ἀκτῖσιν ἀνειμένον ἀέρα παρ-
ιὰ θεὸν γενομ... ἐνταῦθα καθαρσίων ἐτίθει σύμβολα, κρήνας
ὀξείᾳ διανοίᾳ ...ωπὸν ἐπισκευάζων τοῦ νεὼ, πολλῷ τῷ χεύματι
μετὰ τὴν περι...ς περιβόλων ἱερῶν ἐπὶ τὰ ἔσω προϊοῦσι τὴν ἀ-
ι, οὐ παριδὼν ...χομένας. Καὶ πρώτη μὲν εἰσιόντων αὕτη δια-
ταῖς, ἰλεων τὴν ...μου καὶ ἀγλαΐαν τῷ παντὶ, τοῖς τε τῶν πρώ-
ης καταστη... ἔτι δεομένοις, κατάλληλον τὴν μονὴν παρεχομένη
ιαλαβὼν καὶ ... τὴν τούτων θέαν παραμειψάμενος 36), πλείοσιν
θεραπεύσας ... ἐνδοτάτω προπύλοις τὰς ἐπὶ τὸν νεὼν παρόδους
αὐτῇ περι... ἐποίει, ὑπὸ μὲν ταῖς ἡλίου βολαῖς αὖθις τρεῖς
ν ἐξεπαιδευ...
οἴκου τοῖς...

...le, ut opinor. Haec igitur intercolumnia ait Eusebius un-... fuisse repagulis ligneis cancellatis, in mediocrem altitudi-... Μῆκος enim posuit pro altitudine, quod interpretes non ...vertit Val. inde a διαλαβὼν δὲ πλεῖστον usque ad μήκους ...ta: „*Sed inter templum ac vestibulum maximo intervallo re-...spatium in quadrati speciem circumseptum quatuor obliquis por-...undiquaque exornavit, quae columnis undique attolluntur. Inter-...vallo ipsa septis e ligno reticulatis, in mediocrem et congruam ...elatis circumclusit.*“ Superius verba πρόπυλον δὲ μέγα — — ...σι ita interpretatus est: Magnum deinde atque excelsum ve-...ad ipsos solis orientis radios extendit, iis qui a *sacro loci am-...bitus remoti sunt, etc.* De voce περίβολος cf. *Valckenar.* ad Eu-...Phoen. v. 1085. *H.*] — 35) *Μέσον αἴθριον ἠφίει.* Intelligit me-...dium spatium sub divo, quod quatuor undique porticibus claudeba-...tur, eadem plane forma, qua in hodiernis monasteriis sunt quae vocan-...tur ...ella. Quod enim monachi vocant claustrum, nihil aliud est quam ... porticus, quarum in medio locus est sub divo quem *pratellum* ... Sed et in quibusdam monasteriis, locus ille subdivalis cancellis ... est, eodem plane modo quo Eusebius in atrio ecclesiae Tyri fa-...esse dicit, ne scilicet iuventus in eum locum qui floribus conseri... insiliat. Id autem Latini proprie *atrium* vocabant. Certe Isidorus ... tres porticus extrinsecus adiungi solitas esse dicit. — 36) Τὴν τού-...των θέαν παραμειψάμενος. Musculus vertit: *Quin et horum conspectu ...merito.* Christophorsonus vero longa verborum ambage, ut solet, hunc ...locum ita expressit: *Quin etiam quo istas res ad oculos capiendos magna ...rerum varietate concinne illustraret.* Quae quidem interpretatio verbis ...Eusebii nullatenus respondet. Itaque nemo est, ut opinor, qui Musculi ...versionem commodiorem et meliorem non iudicet. Παραμειψάμενος ergo ...τὴν τούτων θέαν idem valet ac: praetergressus harum rerum spectaculum,

πύλας ὑφ' ἓν καταθεὶς πλευρόν· ὧν τὸ πολὺ τὰς παρ' ἑκάτερα μεγέθει τε καὶ πλάτει πλεονεκτεῖν τῇ μέσῃ χαρισάμενος, παραπήγμασί [37]) τε χαλκοῦ σιδηροδέτοις καὶ ποικίλμασιν ἀναγλύφοις διαφερόντως αὐτὴν φαιδρύνας, ὡς ἂν βασιλίδι, ταύτῃ τοὺς δορυφόρους ὑπέζευξε. Τὸν αὐτὸν δὲ τρόπον καὶ ταῖς παρ' ἑκάτερα τοῦ παντὸς νεὼ στοαῖς τὸν τῶν προπύλων ἀριθμὸν διατάξας, ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῳ πλείονι φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς ἐπενόει, ταῖς ἀπὸ ξύλου λεπτουργίαις καὶ τὸν περὶ αὐτὰς κόσμον καταποικίλλων. Τὸν δὲ βασίλειον οἶκον πλουσιωτέραις ἤδη καὶ δαψιλέσι ταῖς ὕλαις ὠχύρου, ἀφθόνῳ φιλοτιμίᾳ τῶν ἀναλωμάτων χρώμενος. Ἔνθα μοι δοκῶ περιττὸν εἶναι τοῦ δομήματος μήκη τε καὶ πλάτη καταγράφειν, τὰ φαιδρὰ ταῦτα κάλλη, καὶ τὰ λόγου κρείττονα μεγέθη, τήν τε τῶν ἔργων ἀποστίλβουσαν ὄψιν τῷ λόγῳ διεξιόντι, ὕψη τε τὰ οὐρανομήκη, καὶ τὰς τούτων ὑπερκειμένας πολυτελεῖς τοῦ Λιβάνου κέδρους ὧν οὐδὲ τὸ θεῖον λόγιον τὴν μνήμην ἀπεσιώπησεν· „Εὐφρανθήσεται," φάσκον, „τὰ ξύλα τοῦ κυρίου, καὶ αἱ κέδροι τοῦ Λιβάνου ἃς ἐφύτευσε." Τί με δεῖ νῦν τῆς πανσόφου καὶ ἀρχιτεκτονικῆς διατάξεως, καὶ τοῦ κάλλους τῆς ἐφ' ἑκάστου μέρους ὑπερβολῆς ἀκριβολογεῖσθαι τὴν ὑφήγησιν, ὅτε τῆς ὄψεως τὴν διὰ τῶν ὤτων ἀποκλείει μάθησιν ἡ μαρτυρία; Ἀλλὰ γὰρ ὧδε καὶ τὸν νεὼν ἐπιτελέσας, θρόνοις τε τοῖς ἀνωτάτω [εἰς τὴν τῶν προέδρων τιμήν, καὶ προσέτι βάθροις [38]) ἐν τάξει τοῖς

---

seu: *transmisso harum rerum spectaculo ulterius progressus.* — 37) Παραπήγμασί τε χαλκοῦ. Christophorsonus vertit *repagulis*. [Vales. *aereis tabulis*. Pro χαρισάμενος Cast. χρησάμενος. *H.*] — 38) Βάθροις ἐν τάξει τοῖς καθόλου. Iampridem conieceram scribendum esse disiunctim τοῖς καθ' ὅλου, ut ex versione nostra apparet. [Vertit Val. ac *praeterea subselliis* *per universum templum ordine dispositis exornasset. H.*] Tandem vero coniecturam meam confirmavit vetustissimus codex Mazarinus in quo ita diserte scriptum inveni. Sed maior difficultas est, cuinam generi hominum haec βάθρα seu *subsellia* parata fuerint. Leo quidem Allatius in epistola II. de templis Graecorum, haec subsellia ad communem usum laicorum disposita fuisse existimavit, quod confirmare videtur Clemens in constitutionibus apost. lib. II. cap. 57. Verum Eusebius ipse aliud innuit. Infra enim totam huius ecclesiae fabricam allegorice exponens, thronis quidem designari scribit episcopos ac presbyteros, subselliis vero, diaconos et reliquos ecclesiae ministros. Quare haec subsellia ministris potius ecclesiae quem laicis parata fuisse videntur. Certe laici

καθ' ὅλον κατὰ τὸ πρέπον κοσμήσας, ἐφ' ἅπασί τε τὸ τῶν ἁγίων ἅγιον θυσιαστήριον ἐν μέσῳ θείς, αὖθις καὶ τάδε ὡς ἂν εἴη τοῖς πολλοῖς ἄβατα, τοῖς ἀπὸ ξύλου περιέφραττε δικτύοις, εἰς ἄκρον ἐντέχνου λεπτουργίας ἐξησκημένοις, ὡς θαυμάσιον τοῖς ὁρῶσι παρέχειν τὴν θέαν. Ἀλλ' οὐδὲ τοὔδαφος ἄρα εἰς ἀμελὲς ἔκειτο αὐτῷ· καὶ τόδε γοῦν λίθῳ μαρμάρῳ εὖ μάλα κόσμῳ παντὶ λαμπρύνας, ἤδη λοιπὸν καὶ ἐπὶ τὰ ἐκτὸς τοῦ νεὼ μετήει, ἐξέδρας καὶ οἴκους τοὺς παρ' ἑκάτερα μεγίστους ἐπισκευάζων εὐτέχνως, ἐπὶ ταὐτὸν εἰς πλευρὰ τῷ βασιλείῳ συνεζευγμένους καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς [39]) ἡνωμένους· ἃ καὶ αὐτὰ τοῖς ἔτι καθάρσεως καὶ περιῤῥαντηρίων τῶν διὰ ὕδατος καὶ ἁγίου πνεύματος ἐγχρῄζουσιν, ὁ εἰρηνικώτατος ἡμῶν Σολομῶν ὁ τὸν νεὼν τοῦ θεοῦ δειμάμενος ἀπειργάζετο, ὡς μηκέτι λόγον,

---

sedendi in ecclesia potestatem non habebant, ut docet Optatus in lib. IV. Quod quidem ita intelligendum est, ut in conventu ecclesiastico, dum divinum celebratur officium, sedere non licuerit laicis. Peracto autem officio, sedere ipsis licebat, ut docet Athanasius in epistola ad solitarios: ἤδη μὲν οὖν ἦσαν οἱ πλεῖστοι τῶν λαοῦ γινομένης ἀπολύσεως ἐξελθόντες. Et paulo post: ἄρτι γὰρ ἦσαν ἀπὸ τῆς εὐχῆς ὀλίγαι καθεζόμεναι. Sed et sermones seu conciones ecclasiasticas laici fere stantes audiebant, ut colligitur ex Eusebio in libro IV. de vita Constantini cap. 33. Possidio in vita b. Aug. cap. 16. [Cf. *Planck. Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung* Tom. I. p. 166. *H.*] — 39) *Καὶ ταῖς ἐπὶ τὸν μέσον οἶκον εἰσβολαῖς ἡνωμένους.* Christophorsonus vertit: *Atque adeo ad fenestras inferioris templi affixit.* Quod quid sibi velit, equidem nescio. Neque enim intelligo, quomodo exhedrae fenestris affigi possint. Existimavit scilicet Christophorsonus, εἰσβολὰς fenestras significare. Eusebius quidem paulo supra de fenestris loquens per quas lumen in porticus infundebatur, ea voce usus est, ἄνωθεν ἐπὶ ταύταις ἄλλῳ πλείονι φωτὶ διαφόρους τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον εἰσβολὰς ἐπενόει. Ubi Christophorsonus *fenestras* vertit. Verum hoc in loco εἰσβολαὶ simpliciter et sine adiectione ulla positae, fenestras significare non possunt. [Vertit εἰσβολὰς supra recte Val. *aditus*, hoc loco *portas*. Cf. *Sturz.* Lexic. Xenoph. Vol. II. p. 77. *H.*] Aut igitur portas designat ipsius basilicae, quas etiam παρόδους supra vocavit, aut ambulationes quasdam per quas aditus patebat in basilicam, quas *transennas* vocat Paulinus in epist. 12. Malim tamen portas intelligere. Porro per oecos illos et exhedras, intelligit Eusebius baptisterium, secretarium, salutatorium, quae coniuncta erant basilicae. [De baptisterio esse interpretandam vocem ἐξέδρα h. l., satis docent verba quae statim sequuntur: ἃ καὶ αὐτὰ — — ἀπειργάζετο. Vid. *Augusti Denkwürdigkeiten* Tom. VII. p. 189. II. sq. cf. *Vales.* ad Euseb. de vit. Const. III, 50. *Bingh.* Orig. Tom. III. p. 252. Paulo post pro

ἀλλ' ἔργον γεγονέναι τὴν ἄνω λεχθεῖσαν προφητείαν. Γέγονε γὰρ καὶ νῦν ὡς ἀληθῶς ἐστιν ἡ δόξα τοῦ οἴκου τούτου ἡ ἐσχάτη ὑπὲρ τὴν προτέραν. Ἔδει γὰρ καὶ ἀκόλουθον ἦν, τοῦ ποιμένος αὐτῆς καὶ δεσπότου ἅπαξ τὸν ὑπὲρ αὐτῆς θάνατον καταδεξαμένου, καὶ μετὰ τὸ πάθος, ὃ χάριν αὐτῆς ῥυποῦν ἐνεδύσατο σῶμα, ἐπὶ τὸ λαμπρὸν καὶ ἔνδοξον μεταβεβληκότος, αὐτήν τε σάρκα τὴν λυθεῖσαν, ἐκ φθορᾶς εἰς ἀφθαρσίαν ἀγαγόντος, καὶ τήνδε ὁμοίως τῶν τοῦ σωτῆρος οἰκονομιῶν 40) ἐπαύρασθαι· ὅτι δὴ καὶ τούτων πολὺ κρεῖττον 41) λαβοῦσα παρ' αὐτοῦ τὴν ἐπαγγελίαν, τὴν πολὺ μείζονα δόξαν τῆς παλιγγενεσίας, ἐν ἀφθάρτου σώματος ἀναστάσει, μετὰ φωτὸς ἀγγέλων χορείας, ἐν τοῖς οὐρανῶν ἐπέκεινα τοῦ θεοῦ βασιλείοις, σὺν αὐτῷ Χριστῷ Ἰησοῦ τῷ πανευεργέτῃ καὶ σωτῆρι διαρκῶς ἐπὶ τοὺς ἑξῆς αἰῶνας ἀπολαβεῖν ποθεῖ. Ἀλλὰ γὰρ τέως ἐπὶ τοῦ παρόντος, τούτοις ἡ πάλαι χήρα καὶ ἔρημος θεοῦ χάριτι περιβληθεῖσα τοῖς ἄνθεσι, γέγονεν ἀληθῶς ὡς κρίνον, ᾗ φησὶν ἡ προφητεία. Καὶ τὴν νυμφικὴν ἀναλαβοῦσα στολὴν, τόν τε τῆς εὐπρεπείας περιθεμένη στέφανον, οἷα χορεύειν διὰ Ἡσαΐου παιδεύεται, τὰ χαριστήρια τῷ βασιλεῖ θεῷ φωναῖς εὐφήμοις γεραίρουσα, αὐτῆς λεγούσης ἐπακούσωμεν· „Ἀγαλλιάσθω ἡ ψυχή μου ἐπὶ τῷ κυρίῳ· ἐνέδυσε γάρ με ἱμάτιον σωτηρίου, καὶ χιτῶνα εὐφροσύνης· περιέθηκέ μοι ὡς νυμφίῳ μίτραν, καὶ ὡς νύμφην κατεκόσμησέ με κόσμῳ, καὶ ὡς γῆν αὔξουσαν τὸ ἄνθος αὐτῆς· καὶ ὡς κῆπος τὰ σπέρματα αὐτοῦ ἀνατελεῖ, οὕτως κύριος ἀνέτειλε δικαιοσύνην καὶ ἀγαλλίαμα ἐνώπιον πάντων τῶν ἐθνῶν." Τούτοις μὲν οὖν αὕτη χορεύει· οἵοις δὲ καὶ ὁ νυμφίος λόγος 42) ὁ οὐράνιος αὐ-

---

ἐγχρήζουσιν Ion. ἐγχειρίζουσιν. *H.*] — 40) Τῶν τοῦ σωτῆρος οἰκονομιῶν. In animadversionibus ad librum primum Eusebii observavimus *οἰκονομίαν* non de sola incarnatione Christi dici, sed quaecumque Christus in carne gessit ad salutem generis humani, ea generaliter *οἰκονομίαν* vocari. Quod quidem pluribus exemplis illic allatis confirmavimus. Sed et hic locus id ipsum aperte demonstrat, in quo *οἰκονομίας* pluraliter appellat Eusebius, non mortem solum, sed etiam resurrectionem Christi. — 41) Τούτων πολὺ κρείττονα. In codice Medicaeo et Mazarino scribitur *κρεῖττον*. Sic etiam prius scriptum fuerat in Fuk. [Scribendum putavi *κρεῖττον*. *H.*] Forte *κρειττόνων* legendum est. — 42) Ὁ νυμφίος λόγος. Vide quae annotavi ad Euseb. H. E. V, 1 not. 59. Cf. ab initio capitis huius verba: Χριστῷ τῷ μονογενεῖ καὶ πρωτογενεῖ αὐτοῦ λόγῳ τῇ

τὸς Ἰησοῦς Χριστὸς αὐτὴν ἀμείβεται, ἄκουε λέγοντος τοῦ κυρίου· „Μὴ φοβοῦ ὅτι κατῃσχύνθης, μηδὲ ἐντραπῇς ὅτι ὠνειδίσθης· ὅτι αἰσχύνην αἰώνιον ἐπιλήσῃ, καὶ ὄνειδος τῆς χηρείας σου οὐ μὴ μνησθήσῃ. Οὐχ ὡς γυναῖκα ἐγκαταλελειμμένην καὶ ὀλιγόψυχον κέκληκέ σε κύριος, οὐδ᾽ ὡς γυναῖκα ἐκ νεότητος μεμισημένην. Εἶπεν ὁ θεός σου· χρόνον μικρὸν ἐγκατέλιπόν σε, καὶ ἐν ἐλέῳ μεγάλῳ ἐλεήσω σε· ἐν θυμῷ μικρῷ ἀπέστρεψα τὸ πρόσωπόν μου ἀπὸ σοῦ, καὶ ἐν ἐλέῳ αἰωνίῳ ἐλεήσω σε, εἶπεν ὁ ῥυσάμενός σε κύριος. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου ἡ πιοῦσα ἐκ χειρὸς κυρίου τὸ ποτήριον τοῦ θυμοῦ αὐτοῦ· ποτήριον γὰρ τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ μου, ἐξέπιες καὶ ἐξεκένωσας. Καὶ οὐκ ἦν ὁ παρακαλῶν σε ἀπὸ πάντων τῶν τέκνων σου, ὧν ἔτεκες, καὶ οὐκ ἦν ὁ ἀντιλαμβανόμενος τῆς χειρός σου. Ἰδοὺ εἴληφα ἐκ τῆς χειρός σου τὸ ποτήριον τῆς πτώσεως, τὸ κόνδυ τοῦ θυμοῦ μου, καὶ οὐ προσθήσεις ἔτι πιεῖν αὐτό· καὶ δώσω αὐτὸ εἰς τὰς χεῖρας τῶν ἀδικησάντων σε καὶ ταπεινωσάντων σε. Ἐξεγείρου, ἐξεγείρου, ἔνδυσαι τὴν ἰσχύν, ἔνδυσαι τὴν δόξαν σου. Ἐκτίναξαι τὸν χοῦν, καὶ ἀνάστηθι. Κάθισον, ἔκλυσαι τὸν δεσμὸν τοῦ τραχήλου σου· ἆρον κύκλῳ τοὺς ὀφθαλμούς σου καὶ ἴδε συνηγμένα τὰ τέκνα σου· ἰδοὺ συνήχθησαν καὶ ἦλθον πρὸς σέ· ζῶ ἐγώ, λέγει κύριος· ὅτι πάντας αὐτοὺς ὡς κόσμον ἐνδύσῃ καὶ περιθήσῃ αὐτοὺς ὡς κόσμον νύμφης [43])· ὅτι τὰ ἔρημά σου καὶ τὰ διεφθαρ-

---

τε ἁγίᾳ καὶ θεοπρεπεῖ τούτου νύμφῃ, infra τοιαῦτα τοῦ νυμφίου λόγου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν ἐκκλησίαν etc. Adde not. 44. scriptor. vitae Syncleticae apud *Coteler.* eccles. Graec. monumm. Tom. I. p. 204. *Καὶ ἦν ἰδεῖν τῆς μακαρίας Θέκλης γνησίαν μαθητρίαν, τοῖς αὐτοῖς αὐτὴν ἑπομένην διδάγμασιν. Καὶ γὰρ τῶν δύο εἷς μνηστὴρ ἦν ὁ Χριστός· καὶ ὁ αὐτὸς ἦν τῶν ἀμφοτέρων νυμφαγωγὸς Παῦλος. Οἶμαι δὲ καὶ τὸν θάλαμον αὐτοῖς μὴ ἐναλλάττειν· εἷς γὰρ αὐταῖς παστὸς ἡ ἐκκλησία. Καὶ ὁ αὐτὸς Δαβὶδ μελῳδεῖ ἐπ᾽ ἀμφοτέρων τὰ σεμνὰ καὶ θεῖα ᾄσματα. — — — Καὶ τὰ ὀψὰ δὲ τοῦ θείου γάμου, κοινὰ τοῖς ἑστιωμένοις. — Καὶ ἡ τῶν νυμφικῶν δὲ αὐταῖς περιβλημάτων μία τις ὑφή. Ὅσοι γὰρ εἰς τὸν Χριστὸν ἐβαπτίσθησαν, Χριστὸν ἐνεδύσαντο.* Massalianos adeo eo vesaniae progressos esse tradit Ioh. Damascen. de haeres. LXXX. (*Coteler.* l. l. p. 303.), ut inter placita sua vel illud reciperent: *Ὅτι δεῖ τὴν ψυχὴν τοιαύτης αἴσθεσθαι (αἰσθάνεσθαι?) τῆς κοινωνίας τοῦ ἁγίου νυμφίου, οἵας αἰσθάνεται ἡ γυνὴ ἐν τῇ συνουσίᾳ τοῦ ἀνδρός.* Inferius pro ἐγκατέλιπον Cast. [illegible] *H.* — 43) *Ὡς κόσμον νυμφή.* Ita scribi-

μένα καὶ τὰ καταπεπτωκότα, νῦν στενοχωρήσει ἀπὸ τῶν κατοικούντων σε· καὶ μακρυνθήσονται ἀπὸ σοῦ οἱ καταπίνοντές σε. Ἐροῦσι γὰρ εἰς τὰ ὦτά σου οἱ υἱοί σου οὓς ἀπολώλεκας· στενός μοι ὁ τόπος· ποίησόν μοι τόπον ἵνα κατοικήσω· καὶ ἐρεῖς ἐν τῇ καρδίᾳ σου· τίς ἐγέννησέ μοι τούτους; ἐγὼ δὲ ἄτεκνος καὶ χήρα· τούτους δὲ τίς ἐξέθρεψέ μοι; ἐγὼ δὲ κατελείφθην μόνη. Οὗτοι δέ μοι ποῦ ἦσαν;" Ταῦτα Ἡσαΐας προεθέσπισε, ταῦτα πρόπαλαι περὶ ἡμῶν ἐν ἱεραῖς βίβλοις καταβέβλητο. Ἐχρῆν δέ που τούτων τὴν ἀψεύδειαν ἤδη ποτὲ ἔργοις παραλαβεῖν. Ἀλλὰ γὰρ τοιαῦτα τοῦ νυμφίου λόγου πρὸς τὴν ἑαυτοῦ νύμφην τὴν ἱερὰν καὶ ἁγίαν ἐκκλησίαν ἐπιφωνοῦντος, εἰκότως ὁ νυμφοστόλος ὅδε [44]), αὐτὴν τὴν ἔρημον, τὴν πτῶμα κειμένην, τὴν παρὰ ἀνθρώποις ἀνέλπιδα, ταῖς κοιναῖς ἁπάντων ὑμῶν εὐχαῖς, χεῖρας τὰς ὑμῶν αὐτῶν ὀρέξας, ἐξήγειρε καὶ ἐξανέστησε, θεοῦ τοῦ παμβασιλέως νεύματι, καὶ τῆς Ἰησοῦ Χριστοῦ δυνάμεως ἐπιφανείᾳ, τοιαύτην τε ἀναστήσας κατεστήσατο, οἵαν ἐκ τῆς τῶν ἱερῶν χρησμῶν καταγραφῆς ἐδιδάσκετο. Θαῦμα μὲν οὖν μέγιστον τοῦτο καὶ πέρα πάσης ἐκπλήξεως, μάλιστα τοῖς ἐπὶ μόνῃ τῇ τῶν ἔξωθεν φαντασίᾳ τὸν νοῦν προσανέχουσι. Θαυμάτων δὲ θαυμασιώτερα τά τε ἀρχέτυπα, καὶ τούτων τὰ πρωτότυπα νοητὰ καὶ θεοπρεπῆ παραδείγματα, τῆς ἐνθέου φημὶ καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀνανεώματα· ἣν αὐτὸς ὁ θεόπαις κατ' εἰκόνα τὴν αὐτὸς αὐτοῦ δημιουργήσας, πάντῃ τε καὶ κατὰ πάντα τὸ θεοείκελον δεδωρημένος, ἄφθαρτον φύσιν, ἀσώματον, λογικήν, πάσης γεώδους ὕλης ἀλλοτρίαν, αὐτονοερὰν οὐσίαν [45]), ἅπαξ τὸ πρῶτον ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ

---

tur etiam in edit. Rom. cap. XLIX. Sed nostri codd. Maz. Med. et Fuk. scriptum sic habent: νύμφης. Quam lectionem confirmat Tertullianus in lib. III. contra Macrionem sub finem, ubi locum Esaiae ita citat: *Et circumdabis enim*, inquit, *illos tanquam ornamentum sponsae*. Et iterum in lib. IV. cap. 11. [Νύμφης scripsi. Cf. supra not. 6. *H.*] — 44) Ὁ νυμφοστόλος ὅδε. Recte Christophorsonus *sponsae exornatorem* vertit; hinc νυμφοστολίαι apud Basilium Seleucensem in libro I. de vita Theclae pag. 10. editionis Antwerpiensis, et νυμφοστολισθῆναι apud eundem p. 40. Musculus tamen *paranymphum* vertit non male. [Antea pro ἔργοις παραλμβεῖν Ion. ἔργοις πέρας λαβεῖν et pro εἰκότως Cast. ὡς εἰκὸς, ac post ἡμῶν pro ὑμῶν. *H.*] — 45) *Αὐτονοερὰν οὐσίαν.* Sic animam humanam vocat Eusebius, quod sit per se et natura sua intelligens. Sic philosophi

εἶναι συστησάμενος, νύμφην ἁγίαν, καὶ νεὼν πανίερον, ἑαυτῷ τε καὶ τῷ πατρὶ κατειργάσατο. Ὃ καὶ σαφῶς αὐτὸς ὁμολογῶν ἐκφαίνει, λέγων· „Ἐνοικήσω ἐν αὐτοῖς καὶ ἐμπεριπατήσω, καὶ ἔσομαι αὐτῶν θεὸς, καὶ αὐτοὶ ἔσονταί μοι λαός.“ Καὶ τοιαύτη μὲν ἡ τελεία καὶ κεκαθαρμένη ψυχὴ, ἀρχῆθεν οὕτω γεγενημένη, οἷα τὸν οὐράνιον λόγον ἀγαλματοφορεῖν. Ἀλλὰ γὰρ φθόνῳ καὶ ζήλῳ τοῦ φιλοπονήρου δαίμονος, φιλοπαθὴς καὶ φιλοπόνηρος ἐξ αὐτεξουσίου αἱρέσεως γενομένη, ὑπαναχωρήσαντος αὐτῆς τοῦ θείου, ὡς ἂν ἔρημος προστάτου, εὐάλωτος καὶ εἰς ἐπιβουλὴν

νοερὰς οὐσίας vocant substantias spiritales, quas vulgo intelligentias vocamus. At Christophorsonus νοερὰν idem putavit esse ac νοητὴν, gravi errore. Sic enim vertit: *substantiam sola mentis intelligentia cognitam ei tribuens.* Atqui magnum discrimen est inter νοητὸν, id est, *intelligibile,* et νοερὸν quod est *intellectuale.* Nam Chimaera verbi gratia, et huiusmodi intellectus figmenta, νοητὰ sunt, sed νοερὰ nequaquam. Eadem vox occurrit infra. Nebridius in epist. LXXI. ad Augustinum utrumqu eoptime distinxit his verbis: *potest enim, quemadmodum intellectualis animus ad intelligibilia sua videnda a sensu admonetur,* etc. Boëthius in dialogo I. Comment. in Porphyrium, pro intellectuali *intellectibilem substantiam* [intelligibilem *? H.*] dixit. [Observatur discrimen verborum νοητὸς et νοερὸς ab Eusebio non minus quam h. l. in αὐτονοερὸς, in Vit. Const. IV, 64. ὅσον αὐτοῦ τῆς ψυχῆς νοερόν τε καὶ φιλόθεον demonstrat. evang. I, 7 ext. ψυχαῖς — νοερὰν οὐσίαν κεκτημέναις et aliis locis. Adde Constantini orat. ad sanctt. coet. c. IX. Πλάτων τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων πρῶτος ἀπὸ τῶν αἰσθήσεων ἐπὶ τὰ νοητὰ καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχοντα ἰθίσας ἀνακύψαι. Et in Platon. Phaed. c. XXVIII. recte iam Fischerus interpretatur νοητὸν quod sola mentis acie potest perspici, male aliis illud esse opinantibus idem quod τὸ μὴ νοοῦν. Cf. ibid. c. XXX. XXXIII. Corrigendus quoque est Irenaeus adv. haeres. I, 5, 2. ubi male legitur νοητοὺς, cum scribendum sit νοεροὺς ut recte vidit *Massuetus* ad h. l., qui vero νοητοὺς non delevit. Ita autem recte disputat V. D. l. l. „Lege, οὐκ εἶναι νοεροὺς; sic enim legisse videtur interpres: nam vertit: *quos intellectuales* (non, *intelligibiles*) *esse dicunt.* Et quidem vocem νοεροὺς, quae Billio prae νοητοὺς iure merito arridet, a Tertulliano lectam fuisse perspicuum est: *Caelos autem*, inquit cap. 20., *noeros deputant, et interdum Angelos eos faciunt.* Hancque lectionem cum apud Irenaeum, tum apud Tertullianum exigit ipsa Valentinianorum hypothesis. Volebant enim caelos *intellectuales esse*, non eo sensu quod intelligentia tantum comprehenderentur, sed quod sensu et intelligentia praediti essent, utpote qui angeli essent, id est, ab angelis regerentur.“ *etc.* Adde eiusdem Iren. adv. haer. I, 7. τοὺς δὲ πνευματικοὺς ἀποδυσαμένους τὰς ψυχὰς, καὶ πνεύματα νοερὰ γενομένους, i. e. spiritus *intellectuales* factos, ut vertit

εὐχερὴς τοῖς ἐκ μακροῦ διαφθονουμένοις ἀπελήλεγκται [46]), ταῖς τε τῶν ἀοράτων ἐχθρῶν καὶ νοητῶν πολεμίων ἑλεπόλεσι καὶ μηχαναῖς καταβληθεῖσα, πτῶμα ἐξαίσιον καταπέπτωκεν, εἰς ὅσον οὐδ' ἐπὶ λίθῳ λίθον τῆς ἀρετῆς ἑστῶτα ἐν αὐτῇ διαμεῖναι, ὅλην δὲ διόλου χαμαὶ κεῖσθαι νεκρὰν, τῶν περὶ θεοῦ φυσικῶν ἐννοιῶν πάμπαν ἀπεστερημένην. Πεπτωκυῖαν δὴ ταύτην ἐκείνην τὴν κατ' εἰκόνα θεοῦ κατασκευασθεῖσαν, ἐλυμήνατο οὐχ ὗς οὗτος ὁ ἐκ δρυμοῦ τοῦ παρ' ἡμῖν ὁρατοῦ, ἀλλά τις φθοροποιὸς δαίμων, καὶ θῆρες ἄγριοι νοητοί· οἵ καὶ τοῖς πάθεσιν οἷα πεπυρακτωμένοις τῆς σφῶν κακίας βέλεσιν [47]) αὐτὴν ἐξυφάψαντες, ἐνεπύρισαν ἐν πυρὶ τὸ θεῖον ὄντως ἁγιαστήριον [48]) τοῦ θεοῦ, εἰς τὴν γῆν τε ἐβεβήλωσαν τὸ σκήνωμα τοῦ ὀνόματος αὐτοῦ· εἶτα πολλῷ τῷ προσχώματι τὴν ἀθλίαν κατορύξαντες, εἰς ἀνέλ-

---

iterum vetus interpres. *H.*] — 46) *Διαφθονουμένοις ἀπολέλειπται.* In codice Medicaeo et Maz. scribitur ἀπελήλεγκται. Quod Rob. Stephanus adnotaverat. Eandem quoque scripturam habet codex Fuk. et Savil. [Vertit Valesius εἰς ἐπιβουλὴν —— ἀπελήλεγκται: insidiis eorum qui iam pridem ipsius gloriae invidebant, *remansit* obnoxia. Paulo ante τὸν οὐράνιον λόγον ἀγαλματοφορεῖν Val. interpretatus est: coelestis sponsi *imaginem gestare*. Et sane h. l. ἀγαλματοφορεῖν aliter dictum videtur quam superius, de quo vid. not. 25. Cf. verba ἣν αὐτὸς ὁ θεόπαις κ α τ' ε ἰ κ ό ν α τ ὴ ν αὐτὸς α ὐ τ ο ῦ δημιουργήσας. Contra vid. Nili de octo vitiis cap. III. ext. Ἐπικατάρατος ὁ ποιῶν εἴδωλα, καὶ τιθεὶς ἐν ἀποκρύφῳ· ὡσαύτως καὶ ὁ ἔχων φιλαργυρίας πάθος· ὁ μὲν γὰρ, π ρ ο σ κ υ ν ε ῖ κίβδηλον ἀνωφελές· ὁ δὲ, ἀ γ α λ μ α τ ο φ ο ρ ε ῖ φαντασίαν πλούτου i. e. alter mentis cogitatu vanam informat gestatque *divitiarum imaginem*, interprete *Combefisio* in auctar. noviss. P. P. Tom. I. p. 307. Perperam vero reddidisse videtur Val. verba quae ibidem paulo ante leguntur: ἐκ τοῦ μὴ ὄντος *ex nihilo*. Neque enim Eusebium cogitasse veri simile de creatione quadam hominis tanquam αὐτονοερᾶς οὐσίας ex nihilo, quam ὁ θεόπαις fecerit, sed nihil significare probabiliter voluit additis verbis ἐκ τοῦ μὴ ὄντος εἰς τὸ εἶναι nisi θεόπαιδα hominis φύσιν ἄφθαρτον, ἀσώματον, λογικὴν et αὐτονοερὰν οὐσίαν quam ille ἀρχῆθεν quidem tanquam dei imaginem habuit, sed postea diaboli laqueis captus amiserit, restituisse *ita ut quod non amplius erat, iterum adesset.* Cf. superius τῆς ἐνθέου φημὶ, καὶ λογικῆς ἐν ψυχαῖς οἰκοδομῆς ἀ ν α ν ε ώ μ α τ α et inferius αὖθις ἐξ ὑπαρχῆς ἀ ν ε λ ά μ β α ν ε. *H.*] — 47) *Πεπυρακτωμένοις βέλεσιν.* Intelligit malleolos, et huiusmodi incendiaria tela, ut loquitur Amm. Marcellinus. Alludit autem ad locum Pauli apostoli, qui satanae tribuit tela ardentia quibus homines oppugnat. — 48) *Ἁγιαστήριον.* Temere *Lowthius* propter transitum paulo celeriorem et abruptiorem ad ecclesiam ab animo

πιστον πάσης περιέτρεψαν σωτηρίας. Ἀλλ' ὅγε κηδεμὼν αὐτῆς λόγος, ὁ θεοφεγγὴς καὶ σωτήριος, τὴν κατ' ἀξίαν δίκην τῶν ἁμαρτημάτων ὑποσχοῦσαν, αὖθις ἐξυπαρχῆς ἀνελάμβανε, πατρὸς παναγάθου φιλανθρωπίᾳ πειθόμενος. Αὐτὰς δὴ οὖν πρώτας τὰς τῶν ἀνωτάτω βασιλευόντων ψυχὰς προελόμενος, τῶν μὲν δυσσεβῶν καὶ ὀλεθρίων πάντων, αὐτῶν τε τῶν δεινῶν καὶ θεομισῶν τυράννων, τὴν οἰκουμένην ἅπασαν δι' αὐτῶν τῶν θεοφιλεστάτων ἐκαθήρατο, εἶτα δὲ τοὺς αὐτῷ γνωρίμους ἄνδρας, τοὺς πάλαι διὰ βίου ἱερωμένους 49) αὐτῷ, κρύβδην γε μὴν ὡς ἐν κακῶν χειμῶνι πρὸς τῆς αὐτοῦ σκέπης καλυπτομένους, εἰς φανερὸν ἀγαγὼν, καὶ ταῖς τοῦ πνεύματος μεγαλοδωρεαῖς ἐπαξίως τιμήσας· αὖθις καὶ διὰ τούτων τὰς μικρῷ πρόσθεν ἐῤῥυ-

---

h. l. nonnulla desiderari putavit. *H.* — 49) *Διὰ βίου ἱερωμένους αὐτῷ.* Hunc locum non intellexerunt interpretes, qui *διὰ βίου* interpretati sunt *per vitae sanctimoniam consecratos.* Duo fuerunt genera sacerdotum; alii annui, ut apud Iudaeos sub principibus Romanis obtinuit [cf. *Combefisius* in auctar. P. P. noviss. Tom. I. p. 22. ad Ioseph. in laudem Macchabaeorum c. IV., *Σίμων γάρ τις πρὸς Ὀνίαν ἀντιπολιτευόμενος τὸν ποτὲ τὴν ἀρχιερωσύνην ἔχοντα διὰ βίου.* *H.*] et apud gentiles fere omnes. Alii erant perpetui, quos *διὰ βίου* vocabant. Vetus inscriptio apud Gruterum pag. 313. ΔΗΜΗΤΡΙΟΝ ΕΡΜΟΠΟΛΕΙΤΗΝ ΑΡΧΙΕΡΕΑ ΤΟΥ ΣΥΜΠΑΝΤΟΣ ΞΥΣΤΟΥ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Et in vetere nummo Perperenorum, quem edidit Iac. Sirmondus in Antirristano secundo, ΙΕΡΕΥΣ ΔΙΑ ΒΙΟΥ. Sic igitur Eusebius sacerdotes Christianorum vocat *ἱερωμένους διὰ βίου*, eo quod illorum sacerdotium non annuum sit, sed perpetuum instar sacerdotii Christi, qui sacerdos est in aeternum secundum ordinem Melchisedech, ut ait propheta. Certe *ἱερωμένοι* sacerdotes sunt apud Eusebium in capite 3. huius libri: *ἱερουργίαι τε τῶν ἱερωμένων.* — *Διὰ βίου. Perpetuum sacerdotium* verti, secutus Velleium Paterculum, qui perpetuos Archontas interpretatus est, quos Athenienses vocabant *ἄρχοντας διὰ βίου*, ad differentiam decennalium et annuorum magistratuum. Sic in gestis purgationis Caeciliani Munatius Felix dicitur flamen perpetuus, et apud Augustinum in libro III. contra Cresconium capite 29. Ex quo corrigenda est epistola 165 eiusdem Augustini, ubi legitur: *Recita illi gesta apud Numavium Felicem, Flavium procuratorem tunc eiusdem civitatis vestrae.* Scribe: *Munatium Felicem flaminem perpetuum, curatorem tunc eiusdem civitatis vestrae.* Error natus est ex scribendi compendio. Sic enim scriptum erat: FL. PP., ut legitur in gestis purgationis Caeciliani. Quibus notis flamen perpetuus designatur, ut tradit Magno in libro de Notis. Eorum mentio fit in lege 2 cod. Theodos. quemadmodum munera civilia indicantur: *sacerdotales et*

πωμένας ψυχὰς, ὕλης τε παντοίας καὶ χώματος τῶν ἀσεβῶν ἐπιταγμάτων συμπεφορημένας, ὄρυξι καὶ δικέλλαις ταῖς πληκτικαῖς τῶν μαθημάτων διδασκαλίαις, ἐξεκάθηρέ τε καὶ ἀπέσμηξε λαμπρόν τε καὶ διαυγῆ τῆς πάντων ὑμῶν διανοίας τὸν χῶρον ἀπειργασμένος, ἐνταῦθα λοιπὸν τῷ πανσόφῳ καὶ θεοφιλεῖ τῷδε παραδέδωκεν ἡγεμόνι ὃς τά τε ἄλλα κριτικὸς καὶ ἐπιλογιστικὸς τυγχάνων, τὴν τῶν αὐτῷ κεκληρωμένων ψυχῶν εὖ διαγινώσκων καὶ φυλοκρινῶν διάνοιαν 50), ἐκ πρώτης, ὡς εἰπεῖν, ἡ-

---

flamines perpetuos atque etiam duumvirales ab annonarum praeposituris inferioribusque muneribus immunes esse praecipimus. — 50) *Καὶ φιλοκρινῶν.* Scribendum est φυλοκρινῶν, ut habet vetustissimus codex Maz. Id est, *singulis suum locum ac ordinem attribuens.* Vide quae sequuntur infra. Si quis tamen vulgatam lectionem retinere maluerit, non valde repugnabo. Nam et φιλοκρινεῖν est διαιρεῖν teste Hesychio. [Sive φιλοκρινῶν scribatur, sive φυλοκρινῶν, neutrum vocabulum alio sensu dictum esse posse intelligitur nisi ut sit *discernere* seu *secernere*. Neque enim propria vocis φυλοκρινεῖν significatio qua illud est stirpes s. genera discernere, non, ut Val. credidisse videtur, alicui rei suum locum et ordinem attribuere, h. l. obtinere potest et rectissime vertit ipse Valesius verba ὅς τά τε ἄλλα — — διάνοιαν: „Qui cum in aliis rebus singulari iudicio et ratiocinandi solertia praeditus, tum in animarum quarum curam sortitus est, cogitationibus cognoscendis ac *discernendis* perspicacissimus." Iam vero φυλοκρινῶν non dubitavi equidem scribere quamvis φιλοκρινῶν cum Val. dederit Zimmermannus, quia φυλοκρινεῖν certe apud patres ecclesiasticos saepius idem est quod φιλοκρινεῖν, id est, secernere, discernere, φιλοκρινῶν contra nostro loco ab iis verisimiliter profectum est, qui φυλοκρινῶν eodem modo dici posse non putarent. Accedit summa cod. Mazarini auctoritas et quod φυλοκρινεῖν simili ratione iam usurpavit Euseb. H. E. VIII, 4. Ὡς γὰρ ὁ στρατοπεδάρχης — ἄρτι πρῶτον ἐνεχείρει τῷ κατὰ τῶν στρατευμάτων διωγμῷ, φυλοκρινῶν καὶ διακαθαίρων τοὺς ἐν τοῖς στρατοπέδοις ἀναφερομένους i. e. eos qui in exercitu merebant, *lustrare* — ac recensere, ut bene vertit Val., quem sequitur Stroth. vertendo: *die Soldaten musterte.* Lectio autem φιλοκρινῶν vel h. l. spernenda est. Adde *Cotelerium* in ecclesiae Graecae monumentt. Tom. I. p. 718., ubi ad verba Basilii εὔχομαι τὸ καθαρὸν φυλοκρινηθὲν ἀκριβῶς κεχωρισμένον τοῦ βλαβεροῦ, μόνον συνεῖναι ἡμῖν haec annotavit V. D. „Pari modo in historia Georgii Pachymeris lib. VIII. cap. 2. ἐφυλοκρίνουν ἀκριβῶς τὴν ἐξήγησιν. Non enim assentior docto interpreti ac de Graecis litteris optime merito, qui in hoc et aliis locis verbum φυλλοκρινεῖν probat. Est φυλοκρινεῖν non solum τὰς φυλὰς διακρίνειν, iuxta Hesychium, sed etiam ex Suida διακρίνειν, καταδοκιμάζειν περιέργως, *diiudicare*, *accurate perpendere*, nec non *discernere*, *lu-*

μέρας οἰκοδομῶν, οὔπω καὶ εἰς δεῦρο πέπαυται, τοτὲ μὲν διαυγῆ τὸν χρυσὸν, τοτὲ δὲ δόκιμον καὶ καθαρὸν τὸ ἀργύριον, καὶ τοὺς τιμίους καὶ πολυτελεῖς λίθους ἐν πᾶσιν ὑμῖν ἁρμόττων, ὡς ἱερὰν αὖθις καὶ μυστικὴν ἔργοις τοῖς εἰς ὑμᾶς ἀποπληροῦν προφητείαν, δι' ἧς εἴρηται· „Ἰδοὺ ἐγὼ ἑτοιμάζω σοι ἄνθρακα τὸν λίθον σου, καὶ τὰ θεμέλιά σου σάπφειρον, καὶ τὰς ἐπάλξεις σου ἴασπιν, καὶ τὰς πύλας σου λίθους κρυστάλλου, καὶ τὸν περίβολόν σου λίθους ἐκλεκτοὺς, καὶ πάντας τοὺς υἱούς σου διδακτοὺς θεοῦ, καὶ ἐν πολλῇ εἰρήνῃ τὰ τέκνα σου· καὶ ἐν δικαιοσύνῃ οἰκοδομηθήσῃ." Δικαιοσύνῃ δῆτα οἰκοδομῶν, κατ' ἀξίαν τοῦ παντὸς λαοῦ διῄρει τὰς δυνάμεις, οἷς μὲν τὸν ἔξωθεν αὐτὸ μόνον περιφράττων περίβολον, τὴν ἀπλανῆ πίστιν περιτειχίσας· πολὺς δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ μέγας λεὼς, οὐδὲν κρεῖττον φέρειν οἰκοδόμημα διαρκῶν· οἷς δὲ τὰς ἐπὶ τὸν οἶκον ἐπιτρέπων εἰσόδους, θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας [51] κατατάττων, οὐκ ἀπεικότως τοῦ νεὼ πρόπυλα νενομισμένους· ἄλλους δὲ πρώτοις τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλὴν [52] ἐκ τετραγώνου κίοσιν ὑπεστήριζε, ταῖς πρώταις τῶν τεττάρων εὐαγγελίων τοῦ γράμματος προβολαῖς [53] ἐμβιβάζων. Τοὺς δ' ἤδη ἀμφὶ τὸν βασίλειον οἶκον [προβολαῖς] ἑκατέρωθεν [54] παραζευγνῦσιν, ἔτι

---

strare, scrutari. Atque *id verbum* invenies apud *Eusebium* Hist. Eccl. lib. VIII. cap. 4. lib. X. cap. 4. Basilium de spiritu sancto cap. 29. aliosque: φυλοκρινητικὴν vero σοφίαν et φυλοκρίνησιν, in Clemente Alexandrino." Supra pro ὡς ἐν κακῶν, Cast. habet ὡς ἂν ἐν κακῶν. *H.*] — 51) Θυραυλεῖν καὶ ποδηγεῖν τοὺς εἰσιόντας. Intelligit Eusebius hypodiaconos, qui portas ecclesiae servabant, et intrantes singulos ad sua loca deducebant, catechumenos videlicet ac poenitentes, et energumenos. ad narthecem seu catechumenium, fideles vero in chorum seu basilicam. Vide canonem 22 concilii Laodiceni, et quae ad illum notarunt Zonaras et Balsamo. — 52) Τοῖς ἔξωθεν ἀμφὶ τὴν αὐλήν. Paulo ante observavimus, locum illum patentem et apertum, qui medius erat inter vestibulum ac templum, a Latinis dictum esse atrium. Graeci eundem locum αὐλὴν vocabant, quae vox non semel occurrit in evangelio, ubi vetus interpres semper *atrium* vertit. [Vertit Val. ἄλλους — ὑπεστήριζε: *Alios primis columnis quae forinsecus circa atrium in quadranguli speciem dispositae sunt, suffulsit. H.*] — 53) Τῶν γραμμάτων προβολαῖς. Hanc vocem Latine exprimere difficile est. Musculus quidem *propugnacula* vertit. Christophersonus *repagula*. Neutram probo. Ego *obices* interpretatus sum. [Vertit Valesius: *intra primos litteralis quatuor evangeliorum sensus obices eos inducens. H.*] — 54) Προβολαῖς ἑκατέρωθεν. Delenda est vox

μὲν κατηχουμένους, καὶ ἐν αὔξῃ καὶ προκοπῇ καθεστῶτας, οὐ μὴν πόῤῥω που καὶ μακρὰν [55]) τῆς τῶν ἐνδοτάτω θεοπτίας τῶν πιστῶν διεζευγμένους. Ἐκ δὴ τούτων τὰς ἀκηράτους ψυχὰς θείῳ λουτρῷ χρυσοῦ δίκην ἀποσμηχθείσας παραλαβὼν, κἀνταῦθα τοὺς μὲν κίοσι τῶν ἐξωτάτω πολὺ κρείττοσιν, ἐκ τῶν ἐνδοτάτω μυστικῶν τῆς γραφῆς δογμάτων ὑποστηρίζει, τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι [56]) καταυγάζει· προπύλῳ μὲν ἑνὶ μεγίστῳ τῆς τοῦ παμβασιλέως ἑνὸς καὶ μόνου θεοῦ δοξολογίας, τὸν πάντα νεὼν κατακοσμῶν, Χριστοῦ δὲ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος παρ' ἑκάτερα τῆς τοῦ πατρὸς αὐθεντείας, τὰς δευτέρας αὐγὰς τοῦ φωτὸς παρασχόμενος [57]), τῶν τε λοιπῶν διὰ τοῦ

προβολαῖς, quae sensum turbat, et ex superiore linea perperam huc irrepsit. Quod miror ab interpretibus animadverssum non fuisse. [Vales. τοὺς δ' ἤδη — παραζεύγνυσιν vertit: Iam vero nonnullos circa regiam aedem *utrimque lateribus applicat.* Vocem προβολαῖς uncinis includendam duxi. Pro βασίλειον οἶκον Cast. βασίλειον οἶον et pro ἑκατέρωθεν Ion. ἑκατέρωσε habet. *H.*] — 55) *Οὐ μὴν πόῤῥω που τῆς θεοπτίας τῶν πιστῶν.* Intelligit eos qui a veteribus Christianis *competentes* vocabantur. Hi erant quasi quidam sacri baptismatis candidati. Tres igitur Catechumenorum ordines hic distinguit Eusebius. Primi erant, qui symbolum duntaxat, id est, *Christianae fidei rudimenta* percipiebant, quos quidem exteriori ecclesiarum ambitui comparat. Secundi sunt quibus quatuor evangeliorum brevis expositio tradebatur, eosque Eusebius comparat columnis, quae circa atrium quadrangulari forma dispositae sunt. Tertii sunt competentes, qui proxime ad fideles accedunt. Si quis tamen per primos illos qui ambitui ecclesiarum comparantur, laicorum promiscuam multitudinem intelligere malit, secundos vero qui columnis comparantur atrii, de illis accipiat, qui inter laicos ceteris eruditiores sunt, equidem non magnopere repugnabo. — 56) *Τοῖς δὲ πρὸς τὸ φῶς.* Scripti codices uno consensu habent τοῖς δὲ, *etc.* Ego vero non dubito, quin scribendum sit: τοὺς δὲ τοῖς πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι καταυγάζει. Praecessit enim τοὺς μὲν κίοσι, *etc.* Porro ἀνοίγματα hoc loco tam de portis quam de fenestris dici videntur. [Val. retinuit in textu τοῖς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι, Zimmermannus contra quod scribendum esse monuit Vales., τοὺς δὲ τοῖς π. τ. φ. ἀ. exhibuit. Sed longe facilius loco medelam afferri posse putavi cum Ion. simpliciter scribendo τοὺς δὲ πρὸς τὸ φῶς ἀνοίγμασι, cum articulo τοῖς minime opus sit. Vertendum vero cum Valesio: *fenestris ad lumen in aedem imittendum factis. H.*]— 57) *Τὰς δευτέρας τοῦ φωτὸς αὐγάς.* Ad haec verba in margine codicis Maz. hoc scholion adscriptum est: *Ἄνθρωπε, τί σοι τῶν μακρῶν τούτων καὶ πανηγυρικῶν λόγων ὄφελος; ἢ τί κέρδος σοι τοῦ παντὸς τοῦδε φιλοπονήματος καὶ συντάγματος, οὐχ ὁμότιμον ὡς ὁρῶ τὸν υἱὸν τῷ πατρὶ, οὔτε μὴν τὸ πνεῦμα*

παντὸς οἴκου ἄφθονον καὶ πολὺ διάφορον τῆς καθέκαστον ἀληθείας τὸ σαφὲς καὶ φωτεινὸν ἐνδεικνύμενος, πάντῃ δὲ καὶ πανταχόθεν τοὺς ζῶντας καὶ βεβηκότας καὶ εὐπαγεῖς τῶν ψυχῶν λίθους ἐγκρίνας, τὸν μέγαν καὶ βασιλικὸν ἐξ ἁπάντων οἶκον ἐπισκευάζεται, λαμπρὸν καὶ φωτὸς ἔμπλεω τά τε ἔνδοθεν[58] *καὶ τὰ ἐκτὸς, ὅτι μὴ ψυχὴ μόνον καὶ διάνοια*[59]*), καὶ τὸ σῶμα*

P. 17. l. 12. a fin. pro *ἐσύρετο* Steph. *ἐφέρετο*. Sed non solum Nic. *ἐσύρετο* diserte habet, verum etiam illud exprimere voluisse Ruf. videtur vertendo: *ducitur ad tribunalia*, imo potius *d e f e r t u r*. Cf. quae monui II, 1 not. 10. Adde VI, 41 p. 256.

P. 18. l. 1. *τι* pro *τις* Cast. — L. 2. *αὐτῶν* pro *ἑαυτῶν* Stroth. — L. 3. 4. *εἰς τὴν εἱρκτὴν* Zimmerm. Male.

P. 23. l. 10. *ἀεὶ* omittit Stroth.

P. 25. l. 2. *ἐπερωτηθῶσιν* Maz. Med. Fuk. Sav. Val. Zimm. Contra Str. scripsit *ἐπερωτηθῶσι* solo, ut videtur, errore typothetae. Sed Reg. Steph. (MSt. etc.) *ἐρωτηθῶσι*, Grut. Cast. *ὑπερωτηθῶσι*. Statim post pro *ὑπὸ* eadem lin. Stroth. *παρά*, quem non secutus Zimmerm.

P. 34. l. 4. a fin. *τῇ εἱρκτῇ* omisso *ἐν* Stroth. *Ἐν* retinuit Zimmerm. — L. ult. pro *τῶν λοιπῶν* Cph. *τῶν τυθέντων*.

P. 36. l. 9. a fin. post *ἴσα θεῷ* Cph. addit: *ἀλλ᾽ αὐτὸν ἐκένωσε μορφὴν δούλου λαβών.*

P. 37. l. 10. pro *ἐποίουν* Cph. *ποιοῦντες*, apud quem mox deest *τοὺς* et inferius pro *ὑπὲρ τῶν λιθαζόντων* legitur *ὑπὲρ τῶν ὑβριζόντων*. — L. 5. a fin. *ταῦτα* pro *τοῦτο* Cph. Cast.

P. 39. l. 8. *τὸν* ante *Μοντανὸν* habet Zimmerm.

P. 43. l. ult. cap. IV. post *τοιαῦτα* Stephan. addit *καὶ οὕτως ἔχοντα.*

Pag. 44. lin. 2. Μελιτίνης Stroth. Μελιτηνῆς Zimmerm.

P. 47. l. 6. οἷς καθ' ἡμῶν μόνον Zimmerm.

P. 48. l. 5. a fin. συμβεβιωκὼς Ion. συββεβιωκὼς MSt. MG. συμβεβλ. Iren. Steph.

P. 49. l. 10. διαδοχῇ pro διδαχῇ Zimmerm, Male.

P. 50. l. 4. ὁ αὐτὸς post λέγων Cph. — L. ult. πάντα MSt. MG. Cph. Iren. Nic. Ruf. πάντας Steph.

P. 51. l. 2. a fin. post Πλάτου Cph. addit πολλὰ θαύματα.

P. 54. l. 1. καὶ περὶ τῆς ψήφου Cph. Ion. — L. 3. ἀρχαίοις τῶν ἀντιγράφων Nic. — L. 5. τῷ λόγῳ διδασκόντων Iren. — L. 7. post γραμμάτων Cph. Iren. ἔξει ἑξακοσία ἑξήκοντα ἕξ. Cf. interprett. ad Apocal. XIII, 18. — L. 8. 9. ἀποκινδυνεύσομεν Cph. Iren.

P. 57. l. 4. ἰδίαν pro ἰδίᾳ Nic. et mox μή πω pro μή τι. Ibidem συνθέμενος Steph., συνθέμενοι Bong. Cph. Iren. Nic.

P. 60. l. 5. ὡρμημένον Cph. Ion. — L. 7. ἐκθ. διαθ. omittit Stephanus. Cph. Ion. pro ἐκθ. habent ἐνθυμοτάτῃ. — L. ult. verbum ἦσαν altero loco positum typothetae haud dubie vitio apud Zimmerm. deest.

P. 61. l. 2. καταβολῇ καὶ αὐξήσει Nic. οἰκοδ. κ. α. Cph. — L. 3. Cph. εἴρητο pro λέγ.

P. 63. l. 3. διδαχῆς iterum Zimmerm. ut cap. VI. non minus male. — L. 4. ἤδη δὲ ἡ Clem. Grut. ἡ δ. οὐ Ruf. Niceph. Steph. Paulo post σκιογραφία Clem. Grut. et ἐνεργῶν Cph. — L. ult. οἱ δὲ, ἐπὶ τ. μ. Ἑλλ. Clem. Grut. ὁ δὲ, ἐ. τ. μ. Ἑ. Ruf. Nic. Steph. Mox θάτερος Clem. Nic. Grut.

P. 64. l. 1. 2. ὁ μὲν τῆς τῶν Ἀσσ. Clem. Grut. Et in edit. Val. Mogunt. legitur ὁ μέν τις τῆς Ἀσσυρίων. Sed probabiliter solo typographi errore. Nam ipse Readingus h. l. scripsit ὁ μέν τις τῶν Ἀσσυρίων. — L. 2. ante Ἑβραῖος Grut. addit οὗτος. — L. 3. pro δυνάμει — πρῶτος Clem. Cph. δυν. δὲ οὗτος πρῶτος. — L. ult. pro ἐκδεξάμενος Clem. Cph. ἐκδεχόμενος.

P. 65. l. 3. τοῦτον pro τούτων Steph., τούτῳ Cph.

P. 67. l. 1. τὴν πολιτείαν σεμν. καὶ τὸ γῆρας Niceph.

P. 68. l. 8. pro ἐληλύθοι Steph. habet ἐληλύθει, Nic. ἦλθεν. — L. 16. προσθεὶς Cph. Ion. προθεὶς Ruf. Stephan. Paulo ante περὶ θεοῦ Stroth.

P. 69. l. 10. ὑπομνήματα Steph. Nic. ὑπόμνημα Ruf. — L. 12. βλασφημήσας λόγους Stroth. cum Stephan. βλασφημήσας νόμους Ruf. Cph. Ion.

P. 71. l. 2. a fin. pro καταλέλειπται Rufin. Stephan., habet Cph. ἀνείλεκται.

P. 75. l. 8. a fin. Ἀρδαμῶν Cph. Ion. Paulo post φιλοπρωτίας Stephan.

P. 76. l. 6. πεπληρομένῳ Cph. Ruf. pro χαρίσματι. — L. 7. a fin. ἑταίρας pro ἑτέρας Cph.

P. 77. l. 12. προφητοφάντας Ruf. Nic. Steph. (Maz. Fuk. Sav.), προφητοφῶντας MSt. MG. Ion.

P. 78. l. 2. ἀποκινήσαντος Grut. Ion. ὑποκιν. Nic. Steph. — L. 3. κατὰ γὰρ τὸν τῆς ἑκατέρου Cph.

P. 79. l. 1 sqq. pro ὡς αἰρόμενον — — πνεύματι Cph. legit: παρέκστῆναι τε καὶ ἀναπαυστεῦσαι ἑαυτὸν τῷ τῆς ἀπάτης πνεύματι, ἀφ' οἱ αἰρόμενόν ποτε, καὶ ἀναλαμβανόμενον εἰς οὐρανούς. — L. 3. a fin. λαλοῦντας pro λαλοῦντι exstat in MSt. MG. Ion.

P. 82. l. 1. a fin. παρεκτάσει MSt. MG. Ion.

P. 83. l. 4. pro Ἄγαβον Nic. Ἄγκωνι Paulo post ante τινὰ ἄλλους Reg. Sav. Steph. addit ἤδη, Bong. Ion. autem ἔτι.

P. 86. l. 4. a fin. ante δοκεῖ, οὐ addit etiam Ruf. Cph. Stroth. Zimmerm. Male. Lectio Reg. Maz. Med. Fuk. Steph. Val. aperte est difficilior. Neque enim cogitasse videntur librarii interrogationem saepe nudam negativum sensum afferre.

P. 90. l. ult. verba εἰπέ μοι κ. λ. Rufin. vertit: *Dicite mihi vos, o prophetissae, vultus prophetantis candoribus et ruboribus aliquando fucatur? prophetissa stibiis tingitur? prophetissa ornamentis utitur?* Unde patet Ruf. h. l. legisse ἡ προφῆτις. Sed in seqq. idem habet: *propheta ad tabulam et ad tesseras ludit? propheta pecuniam suam ad usuram dat?* Pro βάπτεται Grut. Ion. βαπτίζεται.

P. 94. in cap. titulo Σεραπίωνος et statim post Σεραπίων Steph. Ruf. Nic. Str. Sed Val. ex Maz. Med. Fuk. semper Σαραπίων scribit. — L. ult. cap. XVIII. post τὴν Stroth. addit ἐχθιστάτην quod vero non habet Nic.

P. 95. l. 5. post μακαριωτάτου Stroth. inseruit τοῦ nihil plane de eo dicens. Zimmermannus τοῦ non habet. — L. 2. pro ἴδητε Steph. Nic. Stroth. εἰδῆτε.

P. 100. l. 8. a fin. παρὰ τῶν αὐτοκτῶν Stroth. — L. ult. post σύνηθες Nic. Ruf. Ion. addit αὐτῷ probante Strothio.

P. 108. l. 3. ἐν ante ἄλλῃ omittit cum Steph. Nic. Stroth. — L. 6. φυλαττοίμεθα dedit etiam Zimmerm. sed male, ut equidem puto.

P. 110. l. 5. a fin. Φίλιππος εἷς τῶν ἑπτὰ διακόνων Cph. Φίλιππ. τῶν δώδεκα ἀποστόλων Ion. Φίλιππον τὸν δωδ. ἀπ. Steph. *Philippus evangelista* Ruf. Val. lectionem Nic. Eus. priori loco. — L. ult. et p. 111. πεφορεκὼς Steph. Nic. Val. Neque aliter quam πεφορεκὼς Val. legit III, 31 p. 263. Contra Stroth. et Zimmerm. utroque loco πεφορηκὼς dederunt, sed an recte, vehementer dubito, praesertim cum neutro loco, ubi πεφορηκὼς invenerit, Stroth. indicaverit, Valesius vero πεφορεκὼς in suis codd. probabiliter invenerit. Praeterea vid. Matthiae ausführl. griech. Grammatik §. 187. p. 332. cf. Maittaire de Graec. ling. dialectt. p. 462. C. p. 463. D. ed. Sturz. et Thiersch. Grammatik, vorzüglich des homer. Dialekts §. 211. 26. 27. d. p. 342. sq. ed. III.

Pag. 113. l. 1. *Εὐμενείας* scripsi cum Stroth. Val. contra *Εὐμενίας* habet, sed fortasse solo errore typothetae. Nam not. 28 p. 125. ipse Val. scripsit *Εὐμενείας*. Sed Zimmerm. nihilominus *Εὐμενίας*. Ibid. *Σάγγαριν* Niceph. — L. 3. *Παπείριόν* habet quoque Str., qui tamen Maz. Med. Fuk. non *Παπίριον* exhibere putat, sed vitium typographicum odorans in illis codd. potius *Παπίριον* legi coniicit.

P. 114. l. 9. ante verbum *λαὸς* Ruf. Nic. Cph. Val. in translatione, Stroth. addit *τῶν Ἰουδαίων*. Sed abest illud a Stephan. Val. Reg. Maz. Med. Fuk. Sav. MSt. MG. Ion. — L. 10. ante *πέντε* Steph. Ruf. Stroth. addunt *καί*. Nic. *δέ*.

P. 115. l. 1. pro *πάντων — συμπ.* Steph. (MSt. etc.) Str. *τῶν γράφοντι συμπ.* — L. 4. a fin. pro *ἐν κυρίῳ Ἰησοῦ* Steph. Nic. Str. *ἐν Χρίστῳ Ἰησοῦ*, Ruf. *in disciplina Christi*.

P. 134. l. 2. a fin. *εὐθύνων* Steph., *διευθύνων* cum Val. Stroth. — L. 4. idem Steph. omittit *τοι*.

P. 146. l. 4. a fin. *Αὕτη γοῦν* Grut. Ion. — L. alt. pro *ὅτι γνοὺς* Cph. *ὅτε ἔγνω*.

P. 147. l. 2. a fin. *δ' οὖν* pro *γοῦν* Stroth.

P. 149. l. 21. in edit. Stroth. post *γένος* nescio an solo typothetae vitio deest *δ'* et statim post scribitur *θεὸν δ' υἱόν*. Error autem typographicus est haud dubie *ἐπανάγκης* pro *ἐπάναγκες* ibid.

P. 152. l. 9. a fin. pro *συναιρομένης* quod habet Nic., Grut. *αἰρομένης*, Steph. *συναιρουμένης*.

P. 153. l. 10. a fin. *χρῆσθαι* Steph.

P. 159. l. 2. post *πολὺς* in editione Strothii male omissum est articulus *ὁ*. — L. 5. *ἐγωνισαμένη* Steph. Sed *ἀγωνισαμένης* ad *περὶ ἧς* esse referendum longe facilius latere poterat librarios, ita ut ad proxime antecedens *διέπρεψε* potius debere referri crederent *ἀγωνισαμένη*. — L. ult. pro *ἀποφθέγξασθαι* Stephan. Nicephor. *ἐπιφθέγξασθαι*.

P. 163. l. 6. *ἀνετάραττε* Str. sed nec commemorans Val. lectionem *ἀνατεταράχει*.

P. 170. l. 4. *παγγενεὶ* Nic. Grut. Cast. semper teste Str. Sed vid. V, 21 not. 3.

P. 173. l. 2. a fin. *Ἀντωνῖνας* scripsit Stroth., sed nihil plane de varietate lectionis monens. Vales. lectionem retinuit Zimmermannus.

P. 187. l. 3. *καὶ* post *τοῦτο* omittit Nic. — L. 5. *ἢ* post *θερμοτέρα* deest apud Stephan. Similiter l. 6. *ἐκείνους* apud Nic. et l. 8. *ὡς* ante *ἀληθῶς* apud Steph.

P. 198. l. 7. sq. *καὶ τὰ φιλόσοφα παρ' αὐτοῦ* Suidas. Idem l. 10. *τὰ ἄλλα παιδεύματα.* — L. 13. *θεωρῶν ὡς ἕκαστα* et mox *ὡς ἤδη μέγαν καὶ παρ' αὐτοῖς τοῖς Ἕλλησιν*.

P. 207. l. 1. *καὶ πολυμαθείας* omittit Suidas qui contra mox post *σαφῶς* addit *περὶ τῶν λοιπῶν*. — L. 3. *τὴν* ante *θεοσέβειαν* non legi-

tur apud Stroth. operarum, ut videtur, vitio. — L. 10. pro εὐδοκιμοῦντος Grut. Cast. εὐδοκιμοῦντες.

P. 208. l. 8. καὶ ταῦτα μὲν τοιαῦτα περὶ ἀσκήσεως omisso Ἑλληνικῆς Suidas, ταῦτα περὶ τῆς Ἑλληνικῆς αὐτοῦ ἀσκήσεως Niceph. Eadem pag. lin. 3. μαθημάτων ante φιλοσόφων omittit et l. 4. pro αὐτῷ legit αὐτὸν idem Niceph. Quam quidem postremam scripturam vulgatae αὐτῷ longe praeferendam duco et quod in textum non recepi, doleo. Probabiliter enim αὐτῷ dederunt qui ὅντινα — αὐτὸν non concoquerent. Sed vid. Hermann. ad Viger. p. 709. et ad Sophocl. Trachin. v. 1263. Schäfer. ad Lamb. B. p. 23. Thiersch. Grammatik §. 349. 5.

P. 211. l. ult. pro καὶ αὐτὸς προεστὼς ἐκκλησίας Steph. καὶ αὐτὸς ἐπίσκοπος παροικίας. Contra Nic. habet pro καὶ Ἱππολ. etc. Ἱππόλυτος τε ὁ Πόρτου Ῥώμης ἐπίσκοπος.

P. 216. l. 1. Ἐξ ἐκείνου χρόνου Suid. Idem vero mox ante γραφὰς omittit θείας et pro ἐγίνετο habet ἐγένετο.

P. 219. l. 3. ἐπεγράψαμεν pro ἀνεγρ. Steph. — Ibid. cap. XXIX. l. 4. αὐτὸ δὴ τοῦτο et l. 4. εἰς ἡμᾶς omittit Suid., qui contra lin. ultima post θρήνους addit καὶ τὰ περὶ ἀναστάσεως.

P. 221. l. ult. post οὐκ ἀγνοητέον δ' Suidas addit ὡς, apud Origenem autem legitur οὐκ ἀγνοητέον οὖν ὅτι καὶ τὸ εἶναι. Val. lectionem habent Ruf. Nic. Steph.

P. 223. l. 4. pro ἐν ἑνὶ Δ. Ἀ. Nic. ἐνενιδαβρῦαμίν. Ἁιαμὶμ vero cum spiritu aspero Stroth. Mox pro ἐν ἑνὶ Ἐζρᾶ, Nic. ἐνενεζρα. Inferius pro Ἰεσαΐα idem Ἰεζία pro Ἰεεζκὴλ. Ἰεζεκιήλ. Pro Ἰερεμίᾳ quod habet Val., cum Stroth. scripsi Ἱρμιά. Nic. scripsit pro ἐπιστολῇ, ἐν ἑνὶ Ἱρμιά, ἐπιστολῇ ἐν Ἰερεμίᾳ. Denique l. 4. pro πρώτη δευτέρα scribitur apud Stroth. πρῶτον δεύτερον, sed ipse Stroth. nihil plane de hac variante lectione annotavit. Facile autem patet ad πρῶτον δεύτερον supplendum esse βιβλίον. Zimm. a Val. lectione non discessit.

P. 224. l. 6. pro Ὃ καὶ Stroth. et Zimm. ὃν καί. Vide quae notavi not. 12.

P. 225. l. 15. πάντη pro πάντας quod ex Nic. dedit Val., habet Steph. — L. 22. pro πᾶς ὁ ἐπιστάμενος Venet. ὃ πᾶς ὁ ἐπ. — L. 23. pro ὁμολογῆσαι ἂν Stroth. ὁμολογήσει ἂν an solo typothetae errore, nescio, Zimmermannus vero haud dubie nonnisi illo errore ὁμολογῆσαι ἄν.

P. 232. l. 3. a fin. ἀπολειπόντες Steph. Str. καταλείπαντες Grut. καταλιπόντες Ion. — L. ult. τόν τε τούτου Steph. Str. ὅ τε τούτου ἀδελφὸς Ἀθηνόδωρος Suidas.

P. 249. l. 4. τῆς ἀναλήψεως δεομένοις Stroth. Zimm., quorum hic coniicit τοῖς τῆς ἀ. δ. sine causa, ut videtur. — Lin. ult. pro οὐδὲ μίαν Stroth. οὐδεμίαν. Sed recte puto Zimmermann. retinuisse οὐδὲ μίαν.

P. 255. l. 11. pro τὸ εἰδωλεῖον quod dederunt Steph. Val. Str.,

MSt. MG. Ion. τὸ εἴδωλον et Ruf. vertit *ad idola*. Statim post ἀγαγόντες Stroth. Sed ἀπαγαγόντες praefero, cum facile ἀγαγόντες potuerit nasci ex sequente ἀγαγόντες.

Pag. 257. lin. ult. pro ὑπὸ τῶν πράξεων Cph. ὑπὸ τῶν ἐν ταῖς πράξεσι.

P. 263. l. 7. a fin. περιγενόμενοι Steph. Niceph. Stroth. ὑπεργ. Zimmermann.

P. 265. l. 2. a fin. ἢ τὴν χάριν Stroth. Sed καὶ τ. χ. nobiscum Zimmerm. Recte, ut puto, cum καὶ difficilius sit quam ἢ h. l. quod etiam facile ortum esse potest ex sequenti ἢ. — L. ult. φυλάξομεν Steph. quod recte puto mutasse Cph. Val. et Stroth. in φυλάξωμεν eodem modo quo paulo post χρηστευσόμεθα — ποιησόμεθα — ἐπιστήσομεν — λυπήσομεν — ἀνασκευάσομεν quae dedit idem Steph. Sed perperam Val. Str. et ipse Zimmerm. post ἀνασκευάσωμεν p. 266. punctum posuit, cum aperte requiratur signum interrogandi, quod nos dedimus.

P. 270. l. 4. a fin. cum Stephan. scripsi ἠντινοῦν pro ἥτις δή ποτε οὖν quod dederunt Val. Stroth. Zimmerm. Vid. quae monui ad Euseb. de martyr. P. c. XI. not. 6.

P. 274. l. ult. ἐν τῇ κλίνῃ αὖ ἔκειτο Grut. Cast. Sed vid. quae monui VI, 40 not. 11.

Eadem p. 274. l. 7. a fin. ἀνατέτραφθαι MG. et paulo ante pro φέρε δὴ ἑξῆς εἴπωμεν apud Stroth. legitur φέρε δ' ἑξῆς εἴπομεν. Sed certe εἴπομεν vitium typographicum esse coniicio. Val. lectionem tenuit ipse Zimmerm. — L. 4. a fin. pro φοιτήσας Stroth. εἰσφοιτήσας, sed non magis codd. facta mentione.

P. 282. l. 4. ὃ pro ὃν Stroth. vitio aperte typographico.

P. 290. l. 2. 3. cap. 46. παραιτεῖται Str. — L. 5. 6. pro ἐπιστρεπτικὴ Niceph. προτρεπτική. — L. 8. post Λαοδίκειαν Stroth. δὲ habet.

P. 302. l. 9. post γόητες inserui καὶ cum Stroth. Ipse Val. vertit: praestigiatores *ac* subdoli homines.

P. 327. l. 5. υἱέων pro υἱῶν Stroth. nescio, an typothetae vitio. υἱῶν Val.

P. 328. l. 8. φησὶ post καλὸν collocavit Stroth. et pro κρύψαι l. 9. idem κρύπτειν. Locum eodem plane modo quo nos, dedit Zimmermann.

P. 329. l. 1. τοῦ ante πειθαρχεῖν recte omisit etiam Zimmermannus.

P. 332. l. 2. χώρας Steph. — L. 5. ἔχῃ pro ἔχοι idem.

P. 337. l. 9. προεῖπε non προσεῖπε Str. fortasse errore typographico; προσεῖπε Zimm.

P. 342. l. 4. colon post γίνεσθαι posuit Zimm., λαχόντας pro τυχόντας habet Grut. Cast. et pro τόπου Cph. τούτου δέ.

P. 344. l. 1. post εὐθὺς cum Stroth. inserui ἐκεῖθεν omissum a Val. qui tamen vertit *statim inde*.

Pag. 345. lin. 3. *Ἠπείλου* Zimm. — Ibid. l. 1. post *τοιοῦτον* Str. male omisit punctum vel colon. Rectius autem ipse verba *Ἀπὰρ — τοιοῦτον* vertit: *Unter andern erzählen sie auch folgendes Wunder*, quam Val.: Inter quae huiusmodi *est* miraculum.

P. 347. l. 3. *Ἔμενε* Stroth. *Ἔμεινε* Zimmerm. — L. 2. Stroth. *τυγχάνει*, male.

P. 350. l. 2. a fin. *ὅσον οὐδέ πω* Stroth. *ὅσον οὔπω* Zimmermannus.

P. 351. l. 1. *ὅμιλεῖ* Str. *ὁμιλεῖν* Zimm.

P. 353. l. 11 *τεσσάρων* Zimmerm.

P. 356. l. 2. *Φαῦον* Niceph. — L. 8. a fin. *ἀναλήψεως* pro *ἀναιρέσεως* idem.

P. 361. l. 4. *τῷ* ante *Χρειστοῦ* desideratur apud Stroth. sed exstat apud Zimmerm. — L. 5. *ἐπεφράνθημεν* Steph. — L. 10. *τοιοῦτον* Niceph.

P. 362. l. 1. 2. *αὐτὸν τὸν ἐκεῖνων* Nic. pro *αὐτοὶ τ. ἐ.* — L. 3. *ἐπιδεικνῦσι* Grut. Ion. — L. 8. *γενόμενον* Nic. pro *γινόμενον*.

P. 364. l. 2. *καὶ ἐπιεικεῖς ὁδοὺς ἰδιωτικὸν* Nic.

P. 365. l. 4. *κακοπραγίᾳ* Cph. Ioni *κακοτροπίας* Nic. Steph. — Cap. XXIII. l. 1. 2. pro *τῶν πρὸ αὐτοῦ βασ.* Steph. Str. *τῶν ἑαυτοῦ βασ.* — L. 3. *παγγενεῖ* Grut. Vid. V, 21 not. 3.

P. 367. l. 2. *ὁμοίως* Steph. *ὁμοίως* Nic.

P. 368. l. 10. *αὐτοῦ* Cph. pro *αὐτοῦ*. Vid. VI, 43 not. 34. — L. ult. *ἐπιδεικνύων* Cph.

P. 370. l. 2. *ἀλλὰ γὰρ φίλη* Stroth. nescio an solo errore typothetae.

P. 372. l. 1. *ὅλας* Steph. — L. 7. *τὸ* ante *φιλάληθες* omittit idem. — L. 13. 14. *κατεμβατεύειν* Grut.

P. 373. l. 8. a fin. *μήτε διελέγχεσθαι* Stroth. sed nihil de scriptura commemorans. Valesii lectionem habet Zimmerm.

P. 375. l. 4. a fin. *ὅτι μὴ συντιθεῖν* Nic.

P. 377. l. 13. *ἀποῤῥήτως* pro *ἀπείρως* Niceph. — L. 21. *εἰσάπαξ* Steph. Nic. Str. *ἅπαξ* Val.

P. 378. l. 1. *ἀπὸ* pro *ὑπὸ* Str. *ἀπὸ* Zimm.

P. 379. l. 9. 10. *ὁ ἐθεασάμεθα* omittit Nic.

P. 380. l. 8. a fin. *ἑαυτοῦ* pro *αὐτοῦ* Str. sed nihil de lectionis diversitate addens. — L. 7. a fin. post *Ἔτι δὲ* Str. inseruit *διὰ* sed *διὰ* omittit Nic. Simul omisso *διὰ* lectio est difficilior. Tacuit vero Str. *διὰ* legi nec apud Val. Ceterum Nic. l. 9. a fin. habet *ἀποφήναντος* et l. 7. *αὐτὰς* pro *αὐτάς*.

P. 381. l. 2. *τοῦτον* pro *τούτῳ* Cph. Str. *τούτῳ* Steph. Male vero Stroth. dicit ipsum Val. habere *τοῦτον*. — Lin. penult. Str. *μόνην* pro *μόνον*, quod retinuit Zimm. Male vero iterum Str. de lectionis varietate plane est tacitus.

P. 382. l. 4. *πρὸς* ante *Ἀμμωνα* inserit Nic. Sed vide quae observavi ad Euseb. H. E. VI, 40 not. 11.

Pag. 383. lin. 3. γραφέντας et l. 8. τούτων malo errore typothetae haud dubie legitur apud Stroth. Eadem vero l. 8. ἐκκλησιαστικοῦ Bong. Ion. ἐκκλησιαστοῦ Nic. Steph.

P. 384. l. 1. 2. Τῆς 'Ρωμαίων ἐκκλησίας ἔτ. ἐνδ. προστ. Ξύστον Reg. Fuk. Steph. Str.

P. 395. l. 4. σεμνοπροσώπως pro σεμνοπρεπῶς habet Nic. fortasse rectius.

P. 399. l. 1. οὐχ ἥκιστα δὲ ὅπου Str. οὐχ ἥκιστα δέ που Nic. — L. 3. αὐτῶν pro ἑαυτῶν Steph. Nic. Str.

P. 401. l. 2. 3. προτρέψῃ Str.

P. 405. l. 1. ἀποπεπτωκότος Steph. Str. Sed ἐκπεπτωκότος praefero atque id ipsum retinuit Zimmerm.

P. 417. l. 8. τῶν ἐν τῇ βουλῇ συγκαταθεμένων Str. τῶν ἐν τῇ βουλῇ συγκατατεθειμένων Zimm.

P. 419. l. 5. a fin. pro αὐτὴν legi quoque posse αὐτὸν, si ad πρῶτον μῆνα referatur, coniecit Stroth.

P. 421. l. 4. a fin. μετωπωρινὸν pro φθινωπωρινὸν Str. Cf. Fungermann. ad Pollue. I, 7, 60. ed. Hemsterh.

P. 424. l. 9. post αὐτὰ comma posui cum Str., non post σωτῆρος quod fecit Val. Recte enim dixit ipse Val. πρὸς — σωτῆρος esse iungenda cum αὐτίκα — ἀναδειχθεὶς et ad ἀνορθοῦται activo sensu dictum pertinere Θεόδοτος. Neque igitur Val. post σωτῆρος interpungens sibimet ipsi constitit. Sed non satis accurate scripsit Strothius: „*mox neque Steph. neque Val. post αὐτὰ sed post σωτῆρος distinguunt, ita ut ἀνορθοῦται non referendum sit ad Θεόδοτος sed ad πρὸς τοῦ θεοῦ, at tunc Eusebio scribendum fuisset ἐπισκόπου ἀναδειχθέντος Θεοδότου.*" Nam ad Θεόδοτος, ἀνορθοῦται referri certe voluisse Valesium, docet eius not. 34. ad h. l. Zimmermannus vero in eo vix recte egit quod omnino nullam poneret h. l. interpunctionem. Nam si aliquo loco, hoc certe interpunctione opus est. Ceterum eadem l. 9. Str. ἔμελλεν, sed Zimm. ἤμελλεν.

P. 425. l. 1. a fin. post καθ' ἡμᾶς comma possui cum Strothio, male illud neglectum a Val. et Zimmerm. Recte vertit Stroth.: „*Unter denen, die am meisten mit uns gleichzeitig sind, kennen wir als sehr seltene Männer.*"

P. 427. l. 2. τὸν pro τῶν Cast. Mox τελειώτατον MG. Cast. τελεώτατον Nic. Steph.

P. 430. l. 3. a fin. pro ὧν Cast. ὧν, MG. ὃν, Bong. et Cast. in marg. ὅς, ὧν Stephan. — Pro καταλείψωμεν lin. ult. Stephan. παραλείψωμεν.

Tom. III.

Lectiones quae iam commemorantur non notato earum auctore, sunt Stephani, cuius nomen nonnisi apposui, ubi illo opus esset.

Pag. 6. lin. 2. παλαιοῖς οἰκοδομήμασιν] πάλαι οἰκοδομήσασιν. Quae vero lectio vix probatur iis quae ad h. l. scripsit Zimmermann.: „recte puto, si referas ad προςευκτηρίοις."

P. 6. l. 5. ἀνεῖργε] ἀνείργειν Steph. Zimm. — L. 9. ἐπιπλεῖον pro ἐπὶ πλέον Steph.

P. 8. l. 4. καὶ κατ' ἄλλον] καὶ τὰ κατ' ἄλλον. — Ibid. post προφητικὸν inseruit Zimmerm. λόγον.

P. 12. l. 2. οἰκετίαις] οἰκετείαις.

P. 14. l. 5. φωνῇ] τῇ φωνῇ. — L. 7. μὴ δὲ pro μήτε.

P. 15. l. 5. βαθέος] βαθέως.

P. 20. l. 4. a fin. ἐπιτιθέντων] ἐπιθέντων Steph. Zimmerm.

P. 23. l. 2. ἐνεῖραι] ἐνεῖναι.

P. 25. l. 1. αἱμοβόροις] ἀνθρωποβόροις.

P. 26. l. 2 a fin. δὴ οὖν] δ' οὖν. — Ibid. ἅττα scripsi pro ἅνκα quod habent Val. Zimm. Vid. index verbor. s. v. ἅττα.

P. 31. l. 2. Θμρὐιτῶν] ΘμοϊτῶνVal. vitio typothetae, ut videtur. Θμουΐτῶν nobiscum dederunt Steph. Zimmerm. — Ibid. l. 5. ἄλλων] ἄλλως.

P. 32. l. 1. ποιήσοιντο] ποιήσαιντο.

P. 34. l. 3. a fin. ἐπαίοντο] ἔπαιον.

P. 37. l. 4. a fin. ἅμα μὲν] ἅμα μὲν τά.

P. 38. l. 2. καὶ μάλιστα] μάλιστα.

P. 38. l. 3. a fin. αὐτοὺς] αὐτοῖς et mox pro ἐπιβοωμένους, ἐπιβοωμένοις.

P. 38. l. 5. a fin. πολίχνην] πόλιν.

P. 39. l. 4. διελθὼν] προελθὼν Steph. Zimmermann. — L. 6. Steph. αὐτῆς pro αὐτοῖς.

P. 40. l. 2. a fin. ἐπηνέχθη] ἐπήχθη.

P. 43. l. 5. 6. περιβέβληντο] περιεβέβληντο.

P. 44. l. ult. ἃς] ὁπόσας. — L. 2. 3. διαμιλλώμενοι] ἁμιλλώμενοι. — L. 12. πάντας] πάντα.

P. 46. l. 9. τοῦ Χριστοῦ Steph. omittit.

P. 52 sq. τῆς βασιλείας Steph. omittit.

P. 53. l. 6. τοιασδὶ] τοιᾶσδε. — L. 9. δὴ] ἤδη.

P. 54. l. 1. πάλαι omittit Zimmerm.
P. 55. l. 5. δὲ] τε idem. — L. 5. a fin. τελεώτατος] Steph. τελειότατος.
P. 58. l. 9. ἄρχοντες, ἔνδοξοί τε καὶ ἄδοξοι] ἄρχοντες ἔνδοξοι.
P. 59. l. 1. 2. ἄλλαις] ἄλλως.
P. 61. l. 3. 2. a fin. τῆς τοῦ — κακοτροπίας] τοῦ κατὰ Ῥ. τυράννου τῆς κακοτροπίας.
P. 63. l. 2. a fin. ἀμυθήτων omittit Stephan.
P. 65. l. 2. a fin. ἂν ἤδη] ἂν δὴ Steph. Zimmerm.
P. 70. l. 5. a fin. ἀρχῆθεν εἰς ἐκεῖνο] ἀρχῆθεν καὶ εἰς ἐκεῖνο.
P. 71. l. 9. ἀποπνέειν] ἀποπνεῖν.
P. 75. l. 2. a fin. ἅπαντας] ἅπαντα.
P. 76. l. ult. μεταβληθέντα] μεταληφθέντα.
P. 77. l. 1. ἔχει] εἶχε.
P. 78. l. 7. ἐπὶ τοῦ ἰδίου οἴκου] τοῦ ἰδίου οἴκου. — L. 8. τῆς στρατιωτικῆς ἀξίας] ἐκ τ. σ. ἀ.
P. 79. l. 4. a fin. λιπὼν] λοιπόν.
P. 81. l. 7. προαγορεύοντα] προσαγορεύοντα.
P. 84. l. 4 sq. εἰπὼν] ἐπειπών.
P. 93. l. 1. τέλος — ἐπιστάσης] τέλους ἐπιστάντος.
P. 94. l. 2. a fin. ἄλλως] ἄλλων scripsit Zimmerm. sed ἄλλως commode retineri posse puto.
P. 97. l. 2. ἐπαπεδύετο] ἐναπεδύετο.
P. 101. l. 18 sq. ἐνθέου δυνάμεως] δυνάμεως.
P. 104. l. 5. εὐλόγως] εὐλόγως ἄν.
P. 109. l. 4. ὥστ'] ὡς. — L. 20. δρομαῖος] δρομαίως.
P. 111. l. 9. a fin. ῥητορικῆς] ῥητορικοῖς.
P. 112. l. 4. post δίκη non punctum cum Val. et Zimmerm., sed comma posui.
P. 114. l. 9. a fin. ὑποκινηθεὶς] κινηθείς.
P. 115. l. 10. πρὸς αὐτῇ δὲ τελειώσει] πρὸς αὐτῇ δὲ τῇ τελειώσει Zimmerm. — L. 8. κατ' ἀξίαν] καταξίαν Val. Zimmerm.
P. 116. l. ult. ἱεροῖς αἵμασι] ἱεροῖς αὐτῶν αἵμασι Steph.
P. 118 sq. τοῖς αὐτῆς ἀθληταῖς] τ. αὐτοῖς ἀ. Steph. male. Zimm. vero ad h. l.: „Melius, inquit, videtur αὐτοῦ." Et sane rectius scripsisset αὐτοῦ Eusebius, sed nihilominus quin αὐτῆς ipse scripserit, non dubito. Vide quae animadverti ad Euseb. H. E. VI, 11 not. 3. VIII, 6 not. 4. Similiter haud scio an paulo ante verior sit lectio Stephani κελεύοντες quamvis refragante Val. not. 5.
P. 119. l. 6. θεὸν] θεοῦ.
P. 122. l. 9. 10. ὀστέων ἀνθρωπείων] ὀστέων.
P. 123. l. 1. a fin. ὕλην] φύσιν.
P. 126 l. 7. a fin. Αὐδυναίου] Αὐδιναίου.
P. 127. l. 1. αὐτὸν] αὐτὸν Zimm. — L. 5. οὔτι] οὗτοι Steph.
P. 133. sq. κατατρίψασιν] διατρίψασιν.
P. 136. l. 3. a fin. τῇ προτέρᾳ δευτέραν] τῇ προτέρᾳ.

P. 152. l. 5. καθ' αὐτὸν] καθ' αὐτόν. — L. 7. προσευχαῖς] ἐν προσευχαῖς. — L. 19. καθ' ἡμᾶς] καθ' ἡμῶν.

P. 153. l. 3. Σπανίαν] Ἱσπανίαν.

P. 162. l. 2. a fin. Τούτῳ δὲ] Τούτῳ δή.

P. 166. l. 5. a fin. Ἐμέση] Ἐμίση.

P. 167. l. 4. a fin. ἐγκρατὴς] ἐγκρατεῖ.

P. 168 sq. ante ἐν' ὁμοῦ et post ἐδογμάτισε parenthesin ponendam duxi.

P. 170. l. 2. ὑπὲρ αὐτῇ] ὑπὲρ αὐτῆς Steph. Zimmerm. — L. 2. a fin. εὐσέβειαν] θεοσέβειαν Steph.

P. 173. l. 2. αἰσχύναις] αἰσχύνης. — L. 3. πεδίοις] πεδίαν.

P. 174. l. 7. a fin. ἐκγόνοις] ἐγγόνοις.

P. 175. l. 6. a fin. πεπειραμένος] πεπειρομένους.

P. 176 sq. πρὸς ἐσχάταις ἔχοντες ἀναπνοαῖς] πρὸς ἐσχάταις ἀναπνοαῖς.

P. 176. l. 8. a fin. ἐλασθεῖσαι] ἐλαθεῖσαι. Cf. IX, 7 not. 3.]

P. 181. l. 6. a fin. post ἐν δόξαις comma posui, male omissum apud Val. Read. Zimm. Ipse Val. vertit: *mirabilis in gloria, faciens miracula.*

P. 182. l. 3. a fin. ὑμῶν] ἡμῶν.

P. 188. l. 1 sq. Βενεφικιαλίων] βενεφικαλίων Zimm. typothetae vitio, ut videtur.

P. 190. l. 3. συνελασθεὶς scripsi cum Steph. et Zimmerm. pro συνελαθεὶς quod dedit Val. Vid. IX, 7 not. 3.

P. 191. l. 7. sq. παραταξάμενος] παραταξόμενος Zimm. — L. 11. sq. verba τῷ τότε κρατοῦντι expunxit Zimm. Ego uncis inclusi.

P. 193. l. 1. πάντων μάλιστα] μάλιστα.

P. 198. l. 5. μείζονα τὴν] Lowthius scribi vult μείζονα τῆς.

P. 213. l. 4. post οἰκοδομῇ Steph. addit ῥηθείς. — L. 4. a fin. νεῷ] ναῷ. Vid. Index s. v. ναός.

P. 214. l. 3. ἀναπέμπειν] ἀναμέλπειν Steph. Zimmerm. quod nobis ex sequenti ἀναμέλπειν ortum videtur.

P. 215. l. 1. ἀνευφημῶμεν] ἀνευφημοῦμεν. — L. 2. a fin. μέλπωμεν] μέλπομεν.

P. 220. l. 1. ὁρᾷ] ὁρῇ Val. solo haud dubie typothetae vitio quod Zimmermannus tamen retinuit.

P. 220. l. 3. σεσηπόσιν] σηπεδόσιν.

P. 221. l. 3. οὐτινοσοῦν] οὔ τινος οὖν Zimmerm. Vide quae annotavi ad Euseb. de mart. P. c. XI. not. 6 p. 133.

P. 222. l. 12. συρίγματα] συῤῥήγματα.

P. 226. l. ult. γῆς] τῆς γῆς Zimmerm. retinuit, male.

P. 229. l. 5. ὑμῶν] ita scripsi cum Steph. Zimm. Val. contra ὑμῶν habet, fortasse solo typothetae errore. Nam ipse vertit: ex *nobis* ipsis. Cf. supra verba: τὸν ἔμψυχον πάντων ἡμῶν καθορῶντι ναὸν et statim ante τῆς κοινῆς ἡμῶν ἐκκλησίας.

P. 230. l. 11. a fin. ὅσα] ἅ.

Pag. 232. lin. 6 sq. ἐξήλειψας] ἐξήλειπται.

P. 251. l. 6. δι' οὗ αὐτῷ ἡ δόξα] ᾧ ἡ δόξα.

P. 252. l. 8. Μεδιολάνῳ] Μεδιολάνων. — L. 3. a fin. πᾶσιν] πᾶσαν.

P. 253. l. 6. νομίζῃ] νομίζει.

P. 254. l. 2. a fin. παρ' αὐτὰ] παρὰ τὰ. — L. ult. παραδίδοσθαι δεήσει] δίδοσθαι δεήσῃ.

P. 255. l. 7. κελεύσεις] κελεύσῃς.

P. 256. l. 6 sq. πεποίηνται] πεποίηται. — L. 8. ὑποσημηνάμενοι] ὑποσημηναμένη. — L. 9. Ἀνυλῖνε] Ἀνιλῖνε Steph. fere semper. — L. 4. a fin. ἐσχήκεσαν] ἐσχήκασι.

Pag. 258. l. 2. Καικιλιανὸν] Κεκιλιανὸν Steph. saepius.

P. 259. l. 2. 3. διαφορᾶς] διαφορὰν. — L. 16. λανθάνει] λανθάνειν.

P. 276. l. 1. σοφῶς] σαφῶς.

P. 279. in cap. IX. indice l. 2. scripsi ἐξουσίαν pro ἐξουσίων quod carens sensu habent Val. Reading. Zimmerm.

P. 287. l. 5. τὸν Χριστὸν τοῦ θεοῦ] Ἰησοῦν Χριστὸν Str. — L. 12. a fin. βασιλεύει] βασιλεὺς Steph. Zimm.

P. 288. l. 2. τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας omisit Stroth.

P. 289. l. 1. et 2. a fin. Zimmerm. cap. XIV. titulum fecit qui apud Val. Stroth. et nos est c. XIII., et cap. XIII., qui c. XIV., rectius, ut videtur. Certe ea est titulorum descriptio qui singulis illis capitibus praefixi sunt.

P. 290. l. 15. post τῶν Ἐβιωναίων Stroth. addit ὀνομασθείσης. — L. 24 post Περὶ, τοῦ μαρτυρίου idem.

P. 292. l. 3. a fin. text. post γέγονεν Str. addit ἐκ θεοῦ.

P. 298. l. 13. a fin. pro κατὰ τὴν Αἴγυπτον Steph. κατ' αὐτὴν τὴν Αἴγ. — L. 11. 12. a fin. pro Φιλέου — διδασκαλίαι Steph. Περὶ Φιλέου ἀναδειχθέντος μάρτυρος.

EXCURSUS EUSEBIANI.

EXCURSUS I.

ad

Euseb. Histor. Eccles. I, 11.

(Tom. I. p. 74 sq.)

Cui non dictus Hylas? Ingens est ac paene incredibilis eorum VV.DD. numerus, qui celebratissimi illius Flaviani de Iesu Christo testimonii αὐθεντίαν in examen vocarunt. Nos quidem satis habebimus, primum certe potissima quae de hac re composita et edita sunt, scripta commemorare, deinde nostram sententiam pro ipsis chartae angustiis breviter quidem et omnibus fere quae leviora esse videantur, omissis, sed minime sequentes alios tanquam interpretes, defendere, postremo quid de Caesareensi episcopo hac in causa nobis statuendum esse videatur, exponere.

Itaque, ut ante omnia ab eo exordiamur, quod primum proposuimus, Flav. illud testimonium ut fortissimos adversarios, ita gravissimos defensores inde a seculo XVI. nactum esse, inter omnes constat. Ex illorum vero numero primus innotuit Hubertus Gifanius Iureconsultus, quem secuti sunt Lucas Osiander. in epitome historiae ecclesiasticae Centur. I. lib. II. §. 7., Iacob. Salianus in annalibus V. T., Iacob. Cappellus in commentar. in acta Apost., Ludov. Cappellus in compend. histor. Iud. p. CX. et in responsoriis ad Ioan. Cloppenburchium p. 168. Ioan. Cloppenburchius in epistola ad Lud. Cappellum p. 158. et Ioseph. Scaliger. in Scaligerianis p. 177. Sed accuratius et subtilius Iosephi testimonium esse spurium et a Christiano nescio quo confictum, ostendere studuerunt primi Sebaldus Snellius in epistolis suis ad Rupertum et Ardoldum quae exstant in Arnoldi epistoll. collectione (ep. I. III. X. XIV.), Christoph. Arnoldus in prolegomenn. de Flavii Iosephi testimonio, Dav. Blondellus in epistol. ad Arnoldum 1651. (epistoll. philoll. et historr. de Fl. Iosephi testim. XVII.), et Tanaq. Faberus, brevius dispu-

tans de illa causa in notis ad Luciani Peregrini T. VIII. p. 27 edit. Bip. 1653., fusius in epistoll. philoll. et historr. de Fl. Iosephi testimonio XXX., Norimb. 1661. 12. repett. in Opp. Iosephi edit. Havercampi Tom. II. append. p. 233. Excipiunt hos viros (Abbé de Longuerue) sur le passage de Ioseph en faveur de Iesu Christ (contra Daubusium cuius liber mox indicabitur) in Clerici biblioth. ancienne et moderne Tom. VII. p. 237, Godofr. Lessius in dissertt. II. super Iosephi de Christo testimonio, Götting. 1781. 1782. 2. et in libro: Wahrheit der christlichen Religion p. 318., eorumque agmen claudit Eichstaedtius in: Flaviani de Iesu Christo testimonio αὐθεντια quo iure nuper rursus defensa sit Quaestt. I — IV. Ienae 1813 — 14. Fol. In tali vero eorum qui contra testimonium illud pugnaverunt, VV. DD. multitudine tamen non defuerunt qui Iosepho illud vindicare summo studio conarentur. Inter quos maxime nominandi sunt Ioa. Picus Comes Mirandulanus in epist. ad amicum ignotum, Centuriatores Magdeburgenses Centur. I, 1, 10., Ioannes Casaubonus in exercitatt. XI. ad annales Baronii XXI., Georg. Calixtus in disputationibus de veritate unica relig. Christ. Them. XVIII., Paganus Gaudentius in libro de progressu philosophiae apud Romanos c. LXXVII., Sebastianus Lepusculus in epistola ad M. Severinum Ertzbergium scripta, Basil. d. 24. Febr. 1559., ex qua sola H. Gifanii sententia cognosci potest (cf. Melch. Goldasti centuria epistolarum philologg. N. 61.), Huetius in demonstrat. evang. p. 27., Guilielm. Spencerus in annotationibus suis in Origenis libros, Carol. Daubusius in libb. II. pro Flavii Iosephi de Christo testimonio cum praefat. Grabii, Londin. 1706. 8. (Iosephi opp. edit. Havercamp. T. II. append. p. 187. et Havercamp. praefat.), Houtteville erwiesene Wahrheit der christl. Religion durch ihre Geschichte, Francof. 1745. 4. p. 275—311., Oberthuerius in praefat. ad Tom. II. Iosephi versi a I. B. Friese, Alton. 1805., C. G. Bretschneider. παρεργον super Iosephi de I. C. testimonio in Eiusd. capitt. theol. Iud. dogm. e Fl. Iosephi scriptis collectt., Lipsiae 1812. 8. p. 59. et C. F. Boehmert. über des Fl. Iosephus Zeugniss von Christo, Lipsiae 1823. Denique novissimo tempore prodiit: De testimonio de Iesu Christo Flavii Iosephi dissertatio historico-critica auctore Mag. Ioh. M. Strettenberg, P. I. II. Lundae 1824. 4. Cuius dissertationis scriptor quamvis quid sit de Flaviano testimonio statuendum, non definire audeat, tamen ad illius αὐθεντίαν agnoscendam et tuendam videtur esse proclivior. Vid. Leipziger Litteraturzeitung Fasc. LXXV. a. 1825. p. 597 sq.

Sed sequitur iam, ut quid ipse de nobilissimo illo testimonio statuam, paucis exponam. Atque equidem, re diutius mecum reputata, in rei summa non possum non accedere ad eorum

ententiam, qui locum illum Iosephi neque plane suppositititium iec prorsus genuinum, sed interpolatum esse censeant. Referendi uc sunt potissimum RICARDUS MONTACUTIUS in Varr. Lectt. et otis ad Euseb. demonstrat. evang. lib. III., HENRICUS URSINUS n epist. ad CHRISTOPH. ARNOLDUM (epistt. philoll. et historr. le Fl. Ioseph. testim. XX.), IOA. HENR. BOECLERUS in epist. ad CHRISTOPH. WAGENSEILIUM (epistoll. philoll. etc. XXII.), IOANN. HISPANICUS in libro Schibboleth, STEPHANUS LE MOYNE in notis ad Hippolyti librum, THOMAS ITTIGIUS in prolegg. ad novam osephi editionem T. II., et in Histor. eccl. primi a Chr. n. saeculi selectt. capitt. p. 369., DANSIUS VILLOISON. Anecdd. Graec, Vol. II. p. 70., Venet. 1781. PAULUS Commentar über das N. T. Tom. III. p. 740 sqq. ed. II. et in: Heidelberger Iahrbücher der Litteratur VI. (1813.) P. III. p. 269. P. XIII. p. 733 sqq., Censor libri: Historiae ecclesiasticae veteris monumenta praecipua collegit H. OLSHAUSEN, in: Leipziger Litteraturzeitung Fasc. LVI. p. 442 sqq. a 1823. GIESELER. Lehrbuch der Kirchengeschichte T. I. p. 66. ed. I. et REUTERDAHL. de fontt. hist. eccl. Euseb. p. 15. Cf. CLERICI ars crit. III, 1, 15. AMMON. censura libri BRETSCHNEIDERI: capita theologiae Iudaeorum dogmaticae e Ios. scriptis *etc.*, in: Kritisches Iournal der neuesten theol. Litteratur P. I. Fasc. I. p. 50—53. et AMMON. biblische Theologie Tom. II. p. 232 sqq. ed. II. Plura quae de Flaviano testimonio scripta prodierunt vide apud FABRICIUM biblioth. Graec. T. V. ed. HARLES. et in eiusdem FABRIC. de veritate relig. Christ. p. 138 sq. luc. evangel. salutar. p. 22 sq.

Age igitur, ut primum ostendere coner, non prorsus esse Iosephi testimonium habendum pro spurio, si quis ante omnia externas rationes hac in re sequi velit, ut debemus eas ex mea sententia ante omnia sequi, ne satis incerta vagetur et quasi erret tota disputatio, locum illum Iosephi qualis hodie exstet, legi in omnibus editis et scriptis Iosephi codicibus cognoscimus. Vid. FABRICII biblioth. Graec. IV, 6. „his patrum testimoniis accessit consensus non modo editorum codicum, sed etiam manu exaratorum graecorum latinorumque, quos evolverunt Bosius, Bigotius et Lambecius.“ ITTIG. prolegomm. in Ioseph. p. 16. „fatendum est, hoc Iosephi testimonium in editis et scriptis Iosephi codicibus constanter legi.“ BOEHMERT. über das Zeugniss des Iosephus von Christo p. 154 not. 71. Unde profecto sequitur, nisi gravissimae et necessariae adsint causae, testimonium illud Iosephi totum supposititium esse, minime pronunciari posse. Neque vero eiusmodi causae adsunt nec EICHSTAEDTIUM eas attulisse puto. Quod enim Iustinus Martyr in dialogo cum Tryphone quem ad religionem Christianam adducere cupit, testimonio Iosephi haud usus est, huius rei causam VALESIUS iam recte in eo quaesivit, quod ex solis libris sacris et nonnisi ex certis et luculentis pro-

phetarum effatis cum Tryphone sese acturum esse, Iustinus profitetur. Accedit quod Iudaeorum in Iosephum odium illo tempore quo Iustinus vixit, probabiliter erat adhuc maius et vehementius quam ut Tryphonem faciles aures praebiturum esse suae ex illo Iosephi testimonio ductae argumentationi, Iustinus posset sperare. Vid. Boehmert. l. l. p. 189 sqq. Quod vero Origenes non solum silentio praetermisit Flavianum testimonium, sed adeo Iosephum ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ describit in commentariis ad Matthaeum p. 223. contra Celsum I. p. 35., illud quamvis suam sententiam defendens nonnisi ita expedire potuerit Boehmertus l. l. p. 196., ut Iosephum ab Origene satis fugitivo oculo lectum esse contendat, tamen nobis qui vel particulis quibusdam nobilissimi illius emblematis contenti erimus, minime obesse poterit. Quod si Origenes Jesum a Iosepho minime pro Messia esse habitum affirmat, concedere possumus sequi inde ut Origenes in Iosepho non legerit ea verba, quae illi Origenis sententiae videantur repugnare, sed cum non omnia ac singula illam ob causam in suspicionem vocanda sint, sententia nostra eo minime labefactatur. Cf. B. Thiersch. Urgestalt der Odyssee oder Beweis, dass die homerischen Gesänge zu grossen Partieen interpolirt sind Praef. p. VI sq. „*Wenn Andere aus den Widersprüchen einzelner Stellen der Ilias und Odyssee auf besondere Verfasser und Zeiten derselben schlossen; so war wohl der oberste Grundsatz Schuld*; *denn jene beweisen nichts*, *als dass blos diese einzelnen Stellen andern Verfassern und jüngern Zeiten angehören.* — — *Wie wichtig diese strengere und zugleich mildere*, *diese umfassendere und für den Homer wohlthätigere Ansicht ist*, *wird der Erfolg zeigen.*“ Quibus V. D. l. l. p. VII. *) haec addit: „*Besonders anwendbar ist sie* (diese Ansicht) *in der Patristik. Denn das geht vom Vater Homer bis auf die christlichen Väter herauf. Hier hat die nothwendige Kritik schier noch nichts gethan*, *und scheint man in den wahren* ζόφος *zu kommen. Gewöhnlich geht es*, *wie das denn Sitte ist*, *für und gegen; an etwas Drittes*, *an Interpolationen*, *wird nicht gedacht. Und wie viel Ursache hatte die jüngere Kirche*, *ihre ältesten Schriftsteller zu interpoliren!*“ Ceterum si patrum et aliorum quam codicum auctoritati hac in causa tantum tribuatur, longe maiorem numerum esse eorum qui testimonio Iosephi utuntur illudque genuinum existimarunt, ad eosque pertinere Eusebium tum in hist. eccles. I, 11. tum in demonstrat. evang. III, 5 p. 124. ed. Montacut., Ambrosium in libro de excidio urbis Hierosolym. lib. II. p. 200., Hieronymum in catalog. scriptt. ecclesiastic. T. I. p. 275., Rufinum in histor. eccles. III, 11., Isidorum Pelusiotam epistoll. IV, 225., Sozomenum in hist. eccl. I, 1., Cassiodorum in histor. tripart. I, 2., Nicephorum Calistum in hist. eccl. I, 39., Cedrenum compend. histor. T. I.

p. 196.; Zonaram Annall. I, 4. et Suidam in Lexico s. v. Ἰώσηπος, novimus. Unde nec Photii solentium etiamsi illius silentii causas satis probabiles non attulisset BOEHMERTUS l. l. p. 198 sqq. et EICHSTAEDTIUS plus ei tribueret quam tribuit, tamen nostram sententiam minime labefactare posse censerem. Praeterea vid. SCHROECKH. christliche Kirchengeschichte Tom. II. p. 72. Neque vero interna argumenta in promptu sunt, quibus totum Iosephi locum esse spurium, evincatur. Ut enim egregie erraret, qui hoc cum TANAQ. FABERO in epistol. ad Io. CHABROLIUM p. 269. T. II. Ioseph. ed. HAVERCAMP. ex voce τὶς concluderet, quae post verbum Ἰησοῦς et ante σοφὸς ἀνὴρ legitur apud Eusebium in hist. eccl., non item apud Iosephum (vid. BOEHMERT. l. l. p. 156 sqq. cf. EICHSTAEDT. Quaest. III. p. IV.: „Unus Eusebius (hist. eccl. I, 11.): Ἰησοῦς τις σοφὸς ἀνήρ. Quod exagitare non debebat TAN. FABER, quasi et oblitus fuerit falsarius, Iosephum alibi (Archaeol. XX, 9, 1.) satis significare, nosse se, quis esset Iesus, neque eum pro ignobili aliquo homuncione habuisse, et praeterea fuerit absurdus, qui ignobilem istum, Ἰησοῦν τινα, tamen hoc loco ita descripserit, ut eum ante omnes Prophetas veteres poneret. Nam idem Eusebius alio in loco (demonstrat. evang. III, 5.) voculam τὶς omittit; omittunt etiam interpres Latinus, Rufinus Aquileiensis, et omnes Graeci, qui ex Eusebio sua petiisse videntur."), ita quod orationem contextam loco illo interrumpi ideoque locum totum ab aliena manu Iosepho adsutum dicunt VV. DD.; a sententia nostra minime potest nos avocare. Nam primum nullo modo possum verum esse censere quod contendit EICHSTAEDT. Quaest. II. p. IV., quae et rebus et verbis essent coniunctissima in Ioseph. Antiqq. XVIII, 3, 1 sqq., intruso illo de Christo emblemate ita esse dissociata, ut distracta nunc hiet narratio. Nimirum Iosephus l. l. duas gentis suae clades et calamitates commemorat, a Romanis acceptas: unam eo tempore, quo Pilatus orta seditione multos Iudaeorum interemerat (§§. 1. 2.), alteram tum cum Tiberii iussu tota Italia Iudaei expulsi sunt ac quatuor eorum millia, specie militiae, in insulam Sardiniam relegata (§. 5.). Iam vero haec posterior calamitas quoniam acciderat Iudaeis propter insignem fraudem veteratoris Iudaei, patria religione male abutentis, et matronae Romanae proselytae donaria, templo Hierosolymitana destinata, turpiter invertentis, ne quis Romanus fraudem illam Iudaeis per contumeliam obiiceret, Flavium prius (§. 4.) narrasse aliud longe gravius facinus equitis Romani, sacra Isidis foedantis, et simulato Anubidis nomine Paulinae pudicitiam sollicitantis, quod exprobrati, si forte, Iudaei regerere possent adversariis, hoc quidem bene vidit EICHSTAEDT. l. l. p. III. Sed num, quaeso, propterea duae illae calamitates tam inseparabili inter se nexu cohaerent, ut altera alteram statim neque ulla de Christo περιοχῇ interposita (§. 3.), debuerit excipere? Quidni ipse

Iosephus, postquam priorem calamitatem exposuit (καὶ οὕτω πα[illegible] εται ἡ στάσις), eodem tempore quo haec accidisset, Iesum inte[r] aequales eminuisse recordatus (γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον etc.) prius pauca de Iesu referre et deinde ad ἕτερον illud δεινὸν i[d] quod Iudaei similiter ὑπὸ τοὺς αὐτοὺς χρόνους i. e. procuratore Pila[to] inciderunt, devenire poterat? Argumenti quidem similitudi[ne] atque affinitate cohaerere (cf. Cappellus in responsoriis ad Io[h.] Cloppenburchium p. 168 sq. in Ioseph. opp. edit. Haverc. To[m.] II. p. 278. Lardner. A large Collection of ancient Iewish a[nd] Heathen Testimonies to te truth of te Christian religion Vol. [I.] p. 157. London. 1764. 4.), quae §§. 1. 2. 4. 5. leguntur, illud f[a]cile largior, sed Iosephum nihil potuisse (§. 3.) inter ea interpone[re] quod eodem tempore quo ea quae §§. 1. 2. narraverat, accidera[t] minime inde sequitur. Similiter opportunius Iosephum sub fine[m] quinti capitis de Christo quaedam traditurum fuisse, nolo cont[ra] Tan. Faberum (vid. Ioseph. edit. Haverc. T. II. p. 270.) cu[]pidius negare, sed Antiqq. XVIII, 3, 3. nullum plane nisi ineptis[]simum illis locum fuisse, non nego sed pernego. Neque ver[o] tacendum est, Iosephum alibi quasdam παρεκβάσεις narrationibu[s] suis solere intexere, satis demonstrasse Boehmertum l. l. p. 180 sqq. p. 184 sqq. Praeterea cf. Bretschneider. πάρεργον p. 6[?] et Euseb. H. E. V, 28 not. 5.

Quae cum ita sint, illam quam ab orationis συναφείᾳ repetie[]runt VV. DD., contra Iosephi testimonium rationem, minime eam esse censere possum, ut totus ille locus Iosephi esse negandu[s] sit, contra plura sese nobis offerunt quae Iosephum, ut nunc pror[]sus omittamus quaerere, quid retulerit de Iesu Christo, tamen certe aliquid de Iesu retulisse probent. Videmus enim, quod hac in causa est longe gravissimum, videmus Iosephum de Christo vo[]luisse, potuisse et adeo debuisse fere quaedam tradere. Voluit, nam quamvis summum quod sibi in scribendo proposuit, consi[]lium in eo contineatur, ut sui populi historiam mandaret litteris (cf. Boehmert. l. l. p. 68.), tamen omnium rerum quae essent paulo insigniores et graviores, cognoscendarum amorem ipsa na[]tura eius animo impresserat (cf. Boehmert. l. l. p. 68. p. 114.); potuit, neque enim ei deerant fontes, unde quasdam de Christo notitias hauriret (cf. Boehmert. l. l. p. 53. p. 113.), tanta flore[]bat apud Romanorum principem gratia et auctoritate ut Iudaeorum odium quominus nonnulla referret de Christo, eum non magis posset impedire quam Romanorum longe facilius etiam illud tole[]rantium ira (cf. Boehmert. p. 115.), denique ab ingenio Iose[]phum ad illud efficiendum destitutum fuisse, quamvis omnia ne[]gentur et pernegentur, tamen nemo negabit. Sed debuit adeo fere quaedam Iosephus de Christo commemorare, cum de aliis longe levioribus rebus exposuerit et Iohannis baptistae ac Ia[]cobi Iusti mentionem fecerit Antiqq. XVIII, 5, 2. XX, 9, 1.

Iam vero docendum nunc est pro virium nostrarum tenuitate, nullo modo omnia quae hodie tanquam Iosephi nobilissimo illo Antiqq. XVIII, 3, 3. loco leguntur, a Iosepho esse conscripta. Quamvis autem, quidquid contrariam opinionem stabilire posse videretur, non sine industria et ingenii acumine novissime attulerit Boehmertus, contra quem quia reliquos adversarios satis refutavit Eichstaedtius, potissimum nobis iam pugnandum videtur, tamen vel illius impetus facile posse non dico reprimi sed comprimi, existimamus. Age igitur, ut ipsam illam viam, quam Boehmertus in disserendo persecutus est, teneamus, quae V. D. in primo libri sui capite de animi ingeniique cultu quem Iosephus habuerit, et de gradu dignitatis ad quam primum in civitate Iudaica, deinde Romana pervenerit, exposuit, fere omnia probo. Similiter quae in capite secundo docere ille studuit, Iosephum fuisse hominem, si a magna quadam et effusa gloriae et vitae cupiditate discesseris, probum et honestum, Iudaeum vero ut ad mortem usque germanum et strenuum (p. 41. 48. adde Ioseph. de vita sua §. 2.), ita a multis errorum commentis et nominatim ab animi illa angustia qua se et suam gentem tantum amabant Iudaei, satis alienum imo gratuitae cuiusdam cum omnibus cuiusvis gentis et religionis hominibus communitatis studiosum, facile credo. Neque vero magnam Iosephi ἀξιοπιστίαν in universum voco in dubium (p. 49 sqq. cf. Excursus II.), largior etiam Iosephum libros suos scribentem meliori Essenorum potius quam perversiori Pharisaeorum doctrinae et disciplinae favisse, quod tertio capite praeeunte quidem Is. Vossio in chronologia sacra (adiuncta illius dissertatt. de septuaginta interpretibus eorumque translatione, Hag. Com. 1661. 4 p. 165.), nobis probare conatus est V. D., an probaverit, satis incertum est (vid. F. Oberthuerius in Fabricii Bibl. Gr. Vol. V. p. 2. cf. Eichstaedt. Quaest. II. p. VII. not. 24.), ipse denique quamvis alio consilio et ratione qua Boehmertus, Iosephum potuisse, voluisse et debuisse quodammodo de Iesu scribere affirmavi (p. 113 — 132.). At enim vero quod inde a p. 132. demonstrare voluit Boehmertus, Iosephum eadem quae hodie apud eum leguntur, de Christo scripsisse, hoc vero nego ac pernego. Neque enim ex iis quae antea V. D. exposuit, illud sequitur, imo sibimet ipsi ille ut illud defendere posset, vario modo contradixit. Ita ut potiora nonnisi attingam, falsa sunt quae proponit Boehmertus p. 133.: „*Dass Josephus nämlich, wenn er einmal von Jesus und seinen Schicksalen sprach, auch ehrenvoll von ihm sprechen musste, erhellet* 1) *aus seiner unverkennbaren Wahrheitsliebe als Geschichtschreiber, die sich an Freunden sowohl, wie an seinen Feinden gleich rühmlich bewährt.*“ Quomodo enim, quaeso, ea esse potest ἀξιοπιστίας vis ac natura, ut cui eam velimus tribuere, ille laudare debeat, quae ex vera animi sententia laudare nequit? Et nonne potius Iose-

phi ἀξιοπιστία eo minueretur, si maiori quam ut Iudaeus poterat, observantia de Christo scripsisset? Non minus profecto illud fieret quam si ea non vere retulisset de Iesu, quae quamvis Iudaeus poterat referre. Sed non magis probatur BOEHMERTI opinio eo quod secundo loco scripsit: „2) *daraus dass er in seiner Lage die angesehenen und mit dem kaiserlichen Hofe in so naher Berührung stehenden Christen zu Rom berücksichtigen musste; und dass man vom Josephus mit Gewissheit annehmen kann, dass er lieber gänzlich würde geschwiegen haben, als jene durch Spott und fälschlichen Bericht von Jesu zu erbittern und zum offenbaren Kampfe aufzufordern.*“ Iosephum quidem non posse inter ζηλωτὰς Iudaeorum referri ut v. c. Iustum Tiberiensem, imo eum suam quemque sententiam in rebus divinis sequi facile passum esse, atque inde satis vanitatis convinci eorum opinionem qui testimonium Iosephi eo tueri vellent, ut dicerent, Iosephum voluisse bilis suae virus in Christianos eo evomere, hoc ipse certo persuasum habeo, sed an recte potest credi, Iosephum nulli plane religioni prae reliquis fuisse addictum, nullam prae reliquis esse secutum, ideoque iisdem laudibus Christi doctrinam quam Mosis celebrasse? Non ipse BOEHMERTUS concessit Iosephum ad mortem usque germanum et gnavum in rei summa fuisse Iudaeum? Neque vero iustos rei fines egressus est Iosephus quod Iohannem bapstistam virum probum fuisse iudicat et Iacobum iniusto modo a Iudaeorum pontifice traditatum, cum hoc sane vel Iudaeus paulo liberalior deberet profiteri (p. 134 sqq.). Sed ipse BOEHMERTUS cum hoc certe intellexisset, ex tribus illis rationibus quas proposuerat, nondum probari singula verba testimonii illius Iosepho tribuenda esse, ut hoc demonstraret, eo se adductum vidit, ut coniiceret, Iosephum reapse fuisse — Christianum, publice tamen castra Christianorum non secutum (p. 140 sqq. cf. RUPERTUS in epist. ad SEB. SNELLIUM p. 245. edit. Ioseph. HAVERC.). Atque ita omnes dubitationes de αὐθεντίᾳ testimonii Flaviani removisse sibi V. D. visus est. Sed ut taceam vel sic BOEHMERTUM satis singula verba Ios. debuisse torquere, qua de re paulo post sermo erit, quali tandem fundamento nititur illa coniectura? Quid nos potest commovere, ut credamus non solum purioris Essenorum doctrinae amicum sed etiam religionis Christianae tectum fautorem fuisse Iosephum? Nullam equidem potui invenire causam nisi — pretiosam illam gemmam Iosephi sartam tectam conservandi iusto maiorem cupiditatem. Quodsi Iosephus non solum Pharisaeismi pravitatem sed etiam Essenismi perversitatem perspexisset et Christum solum ἀλήθειαν et σωτῆρα esse intellexisset, cur non publice eius asseclis se adiunxit? Cur religionem Christianam non palam professus est? Romani erant satis patientes diversarum religionis sententiarum, Iudaeos timere Iosephus non opus habebat, quod BOEHMERTUS ipse sae-

pius monuit sed miro modo secum pugnans retractat p. 151. Neque magis sibi V. D. consentit in eo, quod p. 150 sq. coniicit, Iosephum aut a se impetrare non potuisse ut palam a religione Mosaica descisceret, aut hominum de se opinionem timuisse. Quomodo enim deinde dicere possemus, quod tamen antea multis ostendere studuit BOEHMERTUS, Iosephum fuisse virum veritatem si non magis quam vitam, certe magis quam reliqua omnia amantem? Iosephum vero credidisse se non opus habere palam ad Christianos transire, quia ut Essenus satis iam consentiret cum Christianis (p. 152.), hoc nemo sibi persuadebit, nisi qui Iosephum satis ignarum utriusque disciplinae fuisse velit temere contendere. Et quomodo deinde stare poterit ipsius BOEHMERTI coniectura, Essenorum doctrinae etiam religionem Christianam praetulisse Iosephum? Quid vero probent exempla Nicodemi, Gamalielis et Pauli, cum illi quamvis meliores Iudaei, tamen Iudaei manserint, Paulus vero toto animo Christianum sese esse serius palam ostenderit, non magis intelligere memet fateor, quam quid sequatur ex locis Act. VI, 7. XV, 5. Cf. CRAMER. Fortsetzung des Bossuet Tom. II. p. 396 sq.: „*Dass ein Josephus, der einen weltlichen Messias, einen Monarchen der Erde erwartete, und den Vespasianus dafür halten konnte, von den Wundern Jesu Christi* s c h w e i g t, *dass ist beynahe ein grösserer Beweiss für die Glaubwürdigkeit und Göttlichkeit der apostolischen Schriften, als sein Bericht derselben seyn könnte.* S e i n S t i l l s c h w e i g e n i s t n a t ü r l i c h e r u n d b e g r e i f l i c h e r, a l s s e i n e E r z ä h l u n g s e y n w ü r d e. *Was hätte denn ein Mann von so grosser Vernunft, als Josephus war, für eine unverschämte Stirn haben müssen, wenn er die Wunder Jesu Christi mit eben der Aufrichtigkeit, mit welcher sie die Apostel erzählt haben, erzählt,* u n d w e i l e r k e i n C h r i s t w e r d e n w o l l t e, *sie für Kleinigkeiten, oder für Wirkungen der Zauberey ausgegeben hätte, da doch so offenbare Charakter der Gottheit darauf geprägt waren?* V e r h i n d e r t e n i h n i r d i s c h e A b s i c h t e n u n d V o r u r t h e i l e n i c h t, d e r W a h r h e i t z u g l a u b e n: S o h a n d e l t e e r f ü r s e i n e i r d i s c h e E h r e a m v e r n ü n f t i g s t e n, d a s s e r s c h w i e g, d a m i t e r w e d e r f ü r e i n e n L ü g n e r n o c h f ü r e i n e n U n v e r s c h ä m t e n g e h a l t e n w e r d e n m ö c h t e. *Man versetze einen Ungläubigen, der die Wahrheit der christlichen Religion bestreitet, in die apostolischen Zeiten; man lasse ihn einen Augenzeugen von allen Wundern Jesu Christi und seiner Apostel seyn, und das ist vielleicht Josephus von keinem einzigen gewesen: Ist es wohl wahrscheinlich,* w e n n e r s i c h d u r c h d e n A n b l i c k d i e s e r W u n d e r n i c h t b e w e g e n l i e s s e, e i n C h r i s t z u w e r d e n, d a s s e r d e n n o c h e i n e n G e s c h i c h t s c h r e i b e r d e r s e l b e n a b g e b e n, *und wenn er sich dazu verstünde,* d a s s e r d i e W a h r-

heit schreiben würde? Würde er nicht schweigen, wofern er noch nicht den höchsten Gipfel der Unverschämtheit erstiegen hätte?"

Sed commemorandum denique est aliud argumentum, quod quamvis ab ipso BOEHMERTO praetermissum, tamen vere esse Iosephi illud de Christo testimonium, quale nunc habemus, nonnullis ostendere videri possit. Quod quidem argumentum censor libri OLSHAUSENII in: Leipziger Litteraturzeitung Fasc. LVI. p. 443 sq. a. 1823. his verbis protulit: „*Das stärkste Argument gegen die Unechtheit der erstern Stelle* (i. e. illius loci quo legitur testimonium Iosephi de Christo), *welches von Manchen übersehen, von andern nicht genug angegriffen worden zu seyn scheint, ist, dass Josephus am Schlusse seiner 20 Bücher der Archaeologie nach der Weise der Gelehrten seines Volks die Zahl der Verse oder Zeilen angiebt, aus welchen sein ganzes Werk besteht, nämlich aus 60,000. Hat Josephus, woran man nicht zweifeln wird, selbst gezählt und die Zahl in Worten selbst beygesetzt, so scheint allerdings, dass die angeführte Stelle nicht eingeschoben seyn könne. Denn, sagen die Vertheidiger der Echtheit derselben, war sie vorher nicht darin, so zeigte sich in dem Werke, an das gehalten, wie wir es jetzt vor uns haben, eine Lücke, wodurch eine Unrichtigkeit in der Angabe der Zeilen ganz unvermeidlich werden musste. Ein Zusammenpressen der Worte in den vorhergehenden oder nachfolgenden Zeilen, um derselben Zahl nicht zu vergrössern, streitet mit aller Wahrscheinlichkeit, und würde, hätte man es versucht, gewisslich bemerkt worden seyn."* Quibus censor ille statim haec addit: „*In diesem Einwurfe liegt so viel Kräftiges, dass auch der muthigste Verwerfer dieser Stelle im ersten Anblicke desselben stutzig werden, sich besinnen muss, ob er ihm begegnen könne und wie er es anzufangen habe. Verfälscht ist die Stelle, das leidet keinen Zweifel. Gänzlich eingeschoben kann sie nicht seyn, sonst träfe die Zählung nicht ein. Es muss daher etwas anderes, dem Zusammenhange nicht unangemessenes von gleicher Länge dagestanden haben. — — — Von Jesu völlig schweigen konnte Josephus nicht, ohne der Unkunde, oder der Partheylichkeit sich schuldig zu machen. Nach der Ordnung der Begebenheiten, welche er vorzutragen hatte, war auch hier ein schicklicher Platz dazu. Josephus hat daher ohne Zweifel von Jesu geschrieben, aber was? und in welchen Worten? das wird sich schwerlich ganz genau bestimmen lassen. Gleichwohl kann Rec. sich der Vermuthung nicht erwehren, dass Jos. in dieser Stelle bei Erwähnung des Namens Jesu auf die famöse, ersonnene Zeugung desselben durch Joseph Pandera von der Miriam, Toledod Jeschu, welche Wagenseil in den telis igneis Satanae aufführt, hingewiesen habe. — — — Cel-*

sus, einer der frühesten, heftigsten Feinde des Christenthums kannte diese schändliche Erdichtung, und bezog sich auf dieselbe in seinen Angriffen, Origenes contra Celsum pag. 26 und 75 der Ausgabe Höschel's (Adde Epiphan. haeres. LXXVIII. Ioh. Damascen. IV, 15. Andreae Cretensis orat. in circumcisionem domini et Raban. Amulon. contra Iudaeos cap. XL. cf. Cotelerr. eccles. Graecae monumentt. Tom. II, p. 539. Ammon. biblische Theologie Tom. II. p. 262 sqq. ed. II.). *Auf welche Weise er nun zur Kenntniss derselben gelangte, es sey durch das Lesen der Schriften des Josephus, oder auf andre, sie ist ihm doch nicht abzusprechen. Die Geschichte muss darum sehr zeitig fabrizirt worden seyn, so dass es nicht gegen die Wahrscheinlichkeit streitet, Josephus sey bereits mit ihr bekannt gewesen. — Die Begebenheit, welche Josephus darfolgen lässt, worin er Jesu erwähnt, hat in ihrem Inhalte nicht wenig Aehnlichkeit mit der Erdichtung von Pandera. Ein wollüstiger Römer, Decius Mundus, weiss die keusche Paulina durch kein Mittel zu seinem Willen zu bewegen, als dass er durch Vorschub der aegyptischen Priester sich ihr im Verborgenen nähert, worauf sie sich seinen Umarmungen überlässt, in der Meinung, mit ihm, den sie für den Anubis hält, einen Gott zu zeugen. — Konnte der Uebergang zur Geschichte vom Decius Mundus leichter seyn, als wenn jene von Pandera ihr voraus gegangen sey? — Das gleiche Schicksal der aegyptischen Priester und der Juden, welche mit den Christen gemeiniglich für eine Secte genommen wurden, aus Rom vertrieben zu werden, macht die Vermuthung noch wahrscheinlicher. Was man dawider einwenden könnte, wird seyn, das Josephus, wenn sie gegründet seyn sollte, die Geschichte von Pandera im Verhältnisse zu der von Mundus zu kurz abgefertigt habe. Dagegen lässt sich aber erinnern: dass Josephus die Ereignisse nicht immer nach ihrer grössern oder geringern Wichtigkeit länger oder kürzer behandle; dass er triftige Gründe haben konnte, nicht an dieser zu verweilen; dass er sich vielleicht auf eine bereits vorhandene Schrift bezog.*" Iam vero ut libere dicam, quod sentio, equidem quamvis ipse postremis illis censoris doctissimi coniecturam cuius certe similem iam protulit Tob. Eckhardus (Non-Christianorum de Christo testimonia ex antiquis monumentis proposita et diiudicata p. 93.) teste Eichstaedtio Quaest. II. p. III. sq. not. 2., non everti concedam, tamen plura alia in promptu esse existimo quae illum prorsus reddant improbabilem, nihilo autem minus illo argumento quod V. D. proposuit, Flaviani testimonii αὐθεντίαν minime evinci censeo. Primum enim quamvis largiri velim, cum Iosephus ipse numerum versuum ex quibus totum suum opus constaret, indicaverit, ea quae in illo testimonio interpolata esse videantur, minime *plane* esse posse *insititia*, id est, ita ut pro iis ab ipso

Iosepho haud scripta fuerint alia quaedam eiusdem qualis illa, magnitudinis, tamen quomodo tandem inde quod Iosephus illud quod dictum est, sub finem operis sui archaeologici fecit, sequitur, necesse esse ut Iosephus pro iis etiam verbis quae cur interpolata esse credamus, nulla causa est, alia scripserit, ita ut a Iosepho plane alium locum, qualem illum de Christi per Panderam procreatione, profectum esse debeamus statuere? Imo vero nihil, quantum equidem video, opus est sumi nisi pro iis verbis testimonii, quae a Ios. minime scribi poterant, ipsum scripsisse alia eiusdem magnitudinis, iis quae vere eius sunt, similia et non minus cum iis cohaerentia, quam cohaerere illis voluit ficta sua verba ille qui testimonium Iosephi interpolaverit. Quod vero ad bellam illam de Christi procreatione narratiunculam pertinet, Iosephum illam retulisse non magis persuadere mihi possum quam eum de Christo tradidisse ea, quae multi eum tradidisse voluerunt. Nam in neutra causa sine ira et studio scripsisse Iosephum equidem possem censere (cf. quae monui supra pag. 338 sq.), nisi forte eum veram esse illam de Christo fabellam, cuius liber a Wagenseilio editus mentionem fecit, credidisse, ipsi velimus credere. Neque illud opus erit statuere, Ios. pro iis verbis testimonii quae interpolata sunt, scripsisse alia, si quam facile ipse in computandis operis sui versibus potuerit labi vel librarii numerum a Ios. recte indicatum depravare, meminerimus.

Itaque his expositis accedendum est ad singulas Iosephi testimonii partes et quid ex illis Iosepho recte possit tribui, quid non possit, explorandum. Ac primum quidem Iosephum potuisse de Christo dicere: *Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνὴρ*, vix quisquam negabit. Vid. Eichstaedt. Quaest. III. p. IV. „verba *σοφὸς ἀνὴρ*, per se spectata, defensores recte monuerunt, nihil offensionis habere in scriptore, qui alienus fuerit a Christi religione: ut mirandum sit, venerab. Paulum, acutissimi virum ingenii, qui et ipse depravatum mutationibus locum putat, nuper (vid. Heidelberger Iahrbücher III. p. 269., ubi exemplo verbi haud allato vertit: „*einen revolutionären Mann*“) *στροφὸν* potius vel *συστροφὸν*, quam *σοφὸν*, legi maluisse. Etenim Iudaei, ipso Iosepho (Antiqq. Iud. XX, 11, 2.) testante, *σοφὸν* eum dicebant, qui legum esset scientiam consequutus, et in sacris litteris rerum verborumque vim scite interpretari possit: qualem Iesum fuisse, Iudaei non infitiabantur (vid. Matth. XIII, 54. Marc. VI, 2. Luc. IV, 16.). Afferunt praeterea Flavii alios locos (ut lib. contr. Apion. II, 16. T. II. p. 482.), ubi philosophi Graeci eodem honoris nomine appellantur.“ Quin etiam Iudaeorum magis *σοφίαν* tribui, docet Eichstaedt. l. l. not 9. loco Ioseph. Archaeol. II, 13, 3 p. 107. Cf. Sturz. Lex. Xenophont. Vol. IV. p. 66 sq. 1. 5. 6. Missis autem nunc quidem verbis *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώ-*

πων, Iosephi non esse posse patet sequentia τῶν ἡδονῇ (Eusebius σὺν ἡδονῇ) τἀληθῆ δεχομένων. Eo enim quid aliud dixisset Iosephus nisi Christum veritatem hominibus manifestasse? Hoc vero nisi Boehmerti coniecturae velimus assentiri Iosephum tectum Christianum fuisse, nunquam Iosephus quamvis Iudaeus liberalior, profiteri poterat. Ceterum ipse Boehmertus nescio cur novas finxerit verborum τἀληθῆ significationes (p. 169 sqq.) et cur in universum tantopere desudet in explicandis Iosephi verbis, cum si quis eius sententiam quamvis sine iusta causa amplectatur, Iosephum singula testimonii sui verba protulisse, mirum esse non possit, cur non plura etiam in Christi laudem dixerit, possit. Sed verba sequentia: Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους (Eusebius τῶν Ἰουδαίων), πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς (Euseb. ἀπὸ τοῦ Ἑλληνικοῦ) ἐπηγάγετο Iosephi esse posse existimo. Neque enim spuria esse certe illa πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς inde necessario sequi videtur, quod historiae repugnare dixerunt VV. DD. (vid. Paulus Heidelberger Iahrbücher P. III. p. 269. Eichstaedt. Quaest. II. p. VII.), a Christo *multos* etiam gentiles ad novam doctrinam adductos fuisse, cum hoc ita videatur cum historiae fide conciliari posse ut scriptorem non loqui de Christo in hac terra vivente, sed ad sequentia tempora respexisse statuamus, quibus apostolorum eorumque successorum opera vel inter gentiles satis magna cepit religio Christiana incrementa, quod Kreusslero iam similiter censente, ut testatur Eichstaedt. l. l., nuper attulit Boehmert. l. l. p. 169 sqq.

Neque vero ut nunc mittam verba: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, Iosephi non sunt: Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἵγε πρῶτον (Euseb. οὐκ ἐξεπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον αὐτὸν) ἀγαπήσαντες eodem modo quo ultima: Εἰς τε νῦν (Euseb. Εἰσέτι τε νῦν) τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. Quamquam fortasse haec ipsa maiori iure spuria esse censeas cum censore in: Leipziger Litteraturzeitung Fasc. LVI. p. 442 sq. „*Auch die nicht eingeschlossenen letztern* (Worte): εισετι τε νυν των Χριστιανων απο τουδε ωνομασμενων ουκ απελιπε το φυλον *zeigen sich sehr verdächtig. Josephus wurde wenige Jahre nach Christi Tode geboren, im Kriege von den Römern gefangen und, nach Hieronymus Angabe, mit in die Hauptstadt derselben genommen, wo er seine Schriften bis in die Regierung Domitian's abfasste. Zuverlässig schrieb daher Josephus noch im ersten Jahrhunderte christlicher Zeitrechnung.* Εισετι νυν, *oder wie die editio princeps will,* εις τε νυν, *bezeichnet gewöhnlich einen längern Zeitraum, als den, welcher vom Ursprunge des Namens der Christen im Jahre 44 christlicher Zeitrechnung bis zu Abfassung der Schrift des Josephus verstrich. Es sind darum nach hoher Wahrscheinlichkeit auch die zuletzt angezogenen von* εισετι — φυλον *als*

späterer Zusatz anzunehmen, wie Genes. XXXII, 32, so dass die ganze Stelle als unecht erscheint." Sed cum vix semper illud valeat, quod de εἰσέτι νῦν h. l. legitur, res ipsa non ita certa nobis videtur, ut εἰσέτι — φῦλον supposititia esse putemus. Contra illa: Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, quae nescio cur iterum torqueat Boehmert. p. 179., et: τῶν θείων προφητῶν ταῦτα τε καὶ (Euseb. ταῦτα καὶ) ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ (Euseb. περὶ αὐτοῦ θαυμάσια) εἰρηκότων, Iosephum non potuisse scribere apparet. Vid. Eichstaedt. Quaest. II. p. VIII.: „Aut quis Iosephum existimet de Christi in vitam reditu, tanquam de re certa et in facto posita, scripsisse? Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν. Quae sequuntur denique, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων, ea ut rursus recte ab homine Christiano dicerentur, quis dici a Iudaeo sacerdote potuisse credat? Praesertim quum ista omnia ita sint prolata, non ut scriptor aliorum opinionem, sed ut suam ipse sententiam et persuasionem declaraverit." Quod quidem temere negant ut antiquiores ita recentiores αὐθεντίας testimonii defensores, et in his Bretschneiderus et Boehmert. — Sed accedimus nunc ad verba in quibus rei cardo vertitur: εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ et: Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων: et Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, quibus de posterioribus cum de prioribus longe alia quam omnes de iis statuunt, statuenda esse existimemus, simul hoc demum loco agendum putavimus. Quid enim? Iosepho deberi illa verba: εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ ipse affirmo, sed inde simul reliqua ei non tribuenda esse, recte posse colligi censeo. Quod quamvis innumerabilis fere scriptionum copia de loco Iosephi in publicum prodierit, tamen, quantum quidem novi, nemo adhuc contendit. Male enim omnes adhuc interpretati sunt verba εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ ita, quasi iis significaretur quaedam dubitatio utrum sit vere dicendus Iesus homo, nec ne. Ita Strothius et Boehmertus l. l. p. 4. verterunt: „*wenn man ihn anders einen Mann nennen darf*" et Valesius: „si tamen virum eum appellare fas est." Atque inde factum est, ut tum qui interpolatum esse crederent nobiscum locum Iosephi tum qui plane supposititium eum esse dictitarent, quin illa verba spuria dicenda sint, minime dubitarent, ii vero qui testimonii αὐθεντίαν defenderent, nonnisi contortis et perversis interpretationibus illa verba Iosepho possent vindicare, in quo prae reliquis omnibus facile eminet Daubusius de testimonio Christi apud Ioseph. T. II. p. 218 sqq. ed. Haverc., qui, ut rectissime scripsit Eichstaedt. Quaest. III. p. IV., quot machinas adhibet ad vindicandam sententiam εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ, tot fere ineptias profert. Neque vero Boehmert. l. l. p. 159 sqq. similibus ineptiis liber est, et in universum vehementer desudat in eo ut singula testimonii verba satis ambigua esse, in quamcunque partem fle-

cti ideoque Iosepho tribui posse ostendat (cf. p. 165.), quod nemo ei concedet nisi qui cum eo Iosephum tectum et tergiversantem Christianum fuisse temere opinetur. Hinc perversas eius interpretationes quarum maximam partem a BRETSCHNEIDERO aliisque testimonii αὐθεντίας defensoribus prolatam luculenter iam perstrinxit EICHSTAEDT. Quaest. II. III., copiosius exponere et refutare vix opus sit, et meliores certe interpretes fuerunt omnes ii αὐθεντίας testimonii defensores, qui quamvis ita mordicus illud tenuerint, ut totum Iosephum potius e mundo tollendum quam pretiosam illam gemmam ex Christiana ecclesia tollendam esse existimarent, ut ABR, WHELOCUS et GRABIUS, tamen ipsius Iosephi verba ex historicae interpretationis legibus interpretari quam ut a Iosepho Iudaeo dici potuisse videantur, omnibus modis flectere atque huc illuc torquere mallent. Cf. EICHSTAEDT. Quaest. III. p. III. not. 1. Sed ut iam redeam eo, unde digressa est oratio, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ Ios. tribuenda eorumque sententiam hanc potius esse existimo: „*siquidem, quandoquidem Iesus homo dicendus est, non deus, indem, weil nämlich, sintemal Iesus ein Mensch, nicht Gott zu nennen ist.*“ Ita igitur Iosephus egregie cavit statim ab initio testimonii sui verbis illis, ne quis forte ipsum vel quod σοφὸν Iesum vocaverat, vel propter ea quae posthac dicturus erat, plura dixisse crederet, quam quae ipse ut germanus Iudaeus dicere poterat. Quae si est vera illorum verborum interpretatio, per se patet Iosepho non posse adscribi sequentia: Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητὴς, διδάσκαλος ἀνθρώπων et multo minus illa: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν (quae tamen ipsa verba vel antea cum male Iosephi esse negarentur illa εἴγε — χρὴ, huius non esse posse, recte monitum est et perperam Hieronymus primus, quod sciamus, vertit: *Et credebatur esse Christus.* Vid. EICHSTAEDT. Quaest. II. p. V. sqq. Cf. Is. VOSSII chronolog. sacr. p. 163. PAULUS Heidelberger Iahrbücher V. III. p. 269., qui ingeniosius quam verius coniecit: πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπήγαγε τό· ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν i. e. *Aber auch viele Heiden führte herbei jenes: Der Messias war dieser*). Nam quid deinde sibi vellet illud γὰρ et quo illud referretur? Quamvis vero credas Iosephum omisso γὰρ dicere potuisse Christum patrasse miracula et homines docuisse, tamen alio modo erant deinde illa: Ἦν παραδόξων κ. λ. annectenda et fere hoc: Ἦν δὲ καὶ παραδόξων κ. λ. Neque deinde tam simpliciter scribere Iosephus poterat: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν, cum antea diserte professus esset, hominem fuisse Christum. Imo necessario dicendum ei erat certe: Ὁ Χριστὸς οὗτος ἐπιστεύετο vel ἐνομίζετο, vel ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν ὁ λεγόμενος ut Antiqq. XX, 9, 1. scripsit Ἰησοῦ τοῦ λεγομένου Χριστοῦ (cf. Matth. XXVII, 22.), nisi data opera obscuritatem sermonis Iosephum quaesivisse temere velimus statuere. Iam vero ut ne temere ipse vulgarem interpretationem verborum εἴγε ἄνδρα λέγειν αὐτὸν

καὶ reiecisse videar, ante omnia adscribenda puto ea, quae de discrimine verborum εἴγε et εἴπερ exposuit Hermann. ad Viger. p. 833 sq. „*Multum interest inter εἴπερ et εἴγε. — — Εἴπερ quod nos* **wenn anders** *dicimus, ita ab εἴγε, quod nos dicimus* **wenn denn**, *differt, quod εἴπερ usurpatur de re quae esse sumitur, sed in incerto relinquitur, utrum iure an iniuria sumatur; εἴγε autem de re, quae iure sumpta creditur. Εἴπερ δοκεῖ σοι,* **wenn es anders dir so gefällt**, *dicimus ei, de quo non certo scimus, quid ei placeat, aut de quo id nescire simulamus. Εἴγε δοκεῖ σοι,* **wenn es dir denn so gefällt**, *dicimus ei, de quo scimus, quid ei placeat.*“ Cf. Hermann. praefatio ad Sophocl. Aiac. p. XX. sq. Sed observatur hoc discrimen non minus quam a veteribus, etiam in N. T. libris. Vid. Ephes. III, 2. εἴγε ἠκούσατε τὴν οἰκονομίαν τῆς χάριτος τοῦ θεοῦ τῆς δοθείσης μοι εἰς ὑμᾶς κ. λ. i. e. *siquidem* audivistis de ratione muneris dei beneficio in vestros usus mihi concessi. Liberius, sed ad sensum recte vertit Iaspisius: *Neque* enim *vos latet*, ratio muneris *etc.*, perperam alii apostolum nonnisi coniicere se significare h. l. putarunt, lectores epistolae non latere illam rationem. Cf. Eichhorn. Einleitung in das N. T. T. III. p. 261. qui hoc epistolae loco non recte, ut mihi videtur, usus est, ut illam Ephesiis non destinatam esse ostenderet, quamvis hoc ex reliquis argumentis satis certum sit. Coloss. I, 23. εἴγε ἐπιμένετε τῇ πίστει τεθεμελιωμένοι καὶ ἑδραῖοι i. e. *siquidem* vos firmiter fidei esse adhaesuros mihi persuasi. Quamvis enim Colossenses nondum satis esse fortes et constantes nosset apostolus, tamen simul optima quaeque de iis ille sperare et confidere poterat. Cf. II, 5. 6. Quare falso vertisse puto Lutherum: „*So ihr anders bleibet im Glauben gegründet und veste*“ et Iaspisium: „si *modo* in religione bene fundati ac constantes manseritis.“ Cf. Galat. III, 5. Adde Chrysostom. T. II. p. 489 sq. E. ed. Montef. ὁ γὰρ μυριάκις ἑαυτὸν θανάτοις ἐκδοὺς (Paulus), πολλῷ μᾶλλον οὐδὲ χρημάτων ἐφείσατο, εἴγε παρῆν. καὶ τί λέγω, εἴγε παρῆν; καὶ γὰρ μὴ παρόντων δυνατὸν δεῖξαι, ὅτι οὐκ ἐφείσατο. Ubi recte εἴγε usurpasse Chrysostomum, non solum verba μὴ παρόντων sed etiam antecedentia docent, quibus Paulum omnia et in his χρήματα pro hominum salute non dubitasse δαπανᾷν dixit et unde certe ad momentum sumpsisse eum, apostolum habuisse vere χρήματα, intelligitur. Similiter εἴπερ recte usurpavit Dionysius Alexandrinus apud Eus. H. E. VII, 11 p. 330., ubi Aemilianus praefectus iis qui deos gentilium colere nollent, respondisse legitur: τίς γὰρ ὑμᾶς κωλύει καὶ τοῦτον εἴπερ ἐστὶ θεὸς, μετὰ τῶν κατὰ φύσιν θεῶν προσκυνεῖν; Ubi minus recte vertit Valesius verba εἴπερ ἐστι θεός: *siquidem* deus est, quam Strothius qui simpliciter interpretatus est: *wenn er Gott ist.* Nam illo εἴπερ Aemilianus gentilis se dubitare significat an sit deus ille quem Christiani deum esse existiment. Contra εἴγε pro

εἴπερ posuit Cornelius in epistola ad Fabianum apud Euseb. H. E. VI, 43 p. 275 ἐν αὐτῇ τῇ κλίνῃ ᾗ ἔκειτο, περιχυθεὶς ἔλαβεν· εἴγε χρὴ λέγειν τὸν τοιοῦτον εἰληφέναι quod recte vertit VALESIUS: „si tamen huiuscemodi baptismum suscepisse dicendus est" et STROTHIUS: „*wenn man anders sagen kann, dass ein solcher Mensch sie empfangen.*" Nam hoc loco dubitare se significare voluisse Cornelium, apparet, an illud affirmari possit nec ne, ideoque εἴπερ, non εἴγε scribendum erat. Et similiter quisquis interpolaverit locum Iosephi, εἴγε pro εἴπερ accepisse intelligitur, quod recentiorem Graecitatem sane saepius confudisse probabile est. Sed quo iure, quaeso, Iosephum cuius dictionem elegantem et tersam iusta laude ornavit ipse BOEHMERT. l. l. p. 50., εἴγε et εἴπερ inter se permutasse credamus, quod permutasse scriptores ecclesiasticos docet sane satis luculenter praeter alios Sozomenus H. E. I, 19., ubi illa εἴγε — χρὴ illustrat verbis: ἄνδρα μὲν γὰρ αὐτὸν ἀποκαλεῖν ὀκνεῖ, et in fine: καί μοι δοκεῖ ταῦτα ἱστορῶν μονονουχὶ βοᾷν ἀναλόγως τοῖς ἔργοις θεὸν εἶναι τὸν Χριστόν? Adde Isidor. Pelus. epist. IV, 225. Neque vero codices illa εἴγε — χρὴ non esse Iosephi probant. Vid. EICHSTAEDT. Quaest. III. p. V. „Nos hac in re plane adstipulamur DAUBUSIO (vid. Iosephi opp. edit. HAVERC. T. II. p. 218.), recte monenti, innixae perpaucis iisque valde ambiguis testimoniis opinioni de interpolatione horum verborum (εἴγε — χρὴ) repugnare caeterorum librorum omnium mirificum consensum, tum Graecorum, tum etiam Latinorum, atque eorum quidem, quos vetus iste penes Vossium interpres sequutus sit." Cf. ITTIG. prolegomm. p. 91. ed. HAVERCAMP. Ioseph. R. MONTACUT. ad Eus. demonstr. evang. p. 2. LE MOYNE varr. sacrr. p. 931. DANSIUS VILLOISON. Anecdd. Gr. Vol. II. p. 69. et in epist. Vinar. p. 88. Quae cum ita sint, nos quidem testimonium illud Iosephi spuria uncinis includendo ita scribendum ducimus: Γίνεται δὲ κατὰ τοῦτον τὸν χρόνον Ἰησοῦς, σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή [Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τἀληθῆ δεχομένων]. Καὶ πολλοὺς μὲν Ἰουδαίους, πολλοὺς δὲ καὶ Ἑλληνικοὺς ἐπηγάγετο [Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν]. Καὶ αὐτὸν ἐνδείξει τῶν πρώτων ἀνδρῶν παρ' ἡμῖν σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ πρῶτον ἀγαπήσαντες [Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἔχων ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτα καὶ ἄλλα μυρία θαυμάσια περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων]. Εἰς τε νῦν τῶν Χριστιανῶν ἀπὸ τοῦδε ὠνομασμένων οὐκ ἐπέλιπε τὸ φῦλον. Atque ita verissimum esse apparet quod de Iosepho pronuntiavit Theodoretus commentar. in Daniel. T. II. Opp. p. 697. Ἰώσηπος ὁ Ἑβραῖος τὸ μὲν Χριστιανικὸν οὐ δεξάμενος κήρυγμα, τὴν δὲ ἀλήθειαν κρύπτειν οὐκ ἀνέτοιμος, unde, quamvis recte possit colligi, aliquod Iosephi de Iesu testimonium Theodoretum cognovisse, et quamvis adeo illum idem testimonium, quod nunc ut Iosephi habemus, cognovisse putemus, tamen hoc simul satis apparet, non pro genuino habuisse Theodoretum totum Iosephi testi-

monitum sed nonnisi ea de Iesu illum esse testatum existimasse quae vel ille ut Iudaeus qui coleret veritatem, non poterat non testari. Cf. Boehmert, l. l. p. 197. not. 90. Sed nec tacendus est locus alter perinsignis Origenis contra Cels. II. extr. quamvis ille, ut videtur, ab omnibus VV. DD. adhuc neglectus, ubi dicit Origenes esse λόγον τοῦ Ἰουδαίου qui haec de Iesu profiteatur: „ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν, καὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν." Quod statim refutans Origenes, ita pergit: Οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος, τολμήσας ἐπισπεῖραι πάντῃ τῇ οἰκουμένῃ τὴν κατ' αὐτὸν θεοσέβειαν καὶ διδασκαλίαν, δύναται ἀθεεὶ ποιεῖν ὃ βούλεται etc. Sed illo λόγῳ τοῦ Ἰουδαίου qui verbis ἐκεῖνος — — δείκνυσιν contineretur, *genuinum* Iosephi de Christo testimonium significare Origenem, nonne satis probabile? Neque enim sine causa scripsisse potest ille τοῦ Ἰουδαίου imo aperte certus Iudaeus hoc modo significatur, et egregie quoque sibi ipsi consentit deinde Origenes, qui alio loco Iosephum ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ diceret: et hoc loco illum nonnisi pro homine habuisse Iesum affirmat. Neque vero exinde probari potest ea testimonii Iosephi verba, quae ipsi vindicavimus, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή Iosephi non esse posse. Nam ipsum horum verborum sensum nonnisi sed optime neque εἴγε cum εἴπερ ut alii patres confundens expressit Origenes testari scribens Iosephum de Iesu: ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν. Contra quae hodie statim sequuntur verba illa εἴγε — χρή: Ἦν γὰρ παραδόξων — δεχομένων minime legit in Ios. Origenes, imo quid ibi legerit, egregie ipse nobis declaravit, additis ut Ios. verbis: καὶ τοιοῦτος, οἷον αὐτὸ — δείκνυσιν. Pro uno τοιοῦτος in Ios. fuisse debet τοιοῦτον, et haud exigua lacuna veri Iosephi testimonii est suppleta. Nam quis tandem qui iis quae adhuc disputavimus, assentietur, Iosephum post illa εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρὴ scripsisse dubitet: καὶ τοιοῦτον οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν, *et talem qualem et verba et res ipsa indicant?* Et nonne denique verum esse hoc modo appareret illud quod supra p. 342. contra doctissimum censorem Ephemeridd. litter. Lipss. monuimus, minime opus esse ut credamus Iosephum loco genuini testimonii sui de Iesu plane alia in Antiqq. XVIII, 3, 3. scripsisse, sed simpliciter pro verbis testimonii spuriis ipsum posuisse alia ex totidem litteris constantia? Ubi igitur hodie leguntur: Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής διδάσκαλος ἀνθρώπων τῶν ἡδονῇ τά, Iosephus scripserat: καὶ τοιοῦτον, οἷον αὐτὸ τὸ ἀληθὲς ἐμφανίζει, καὶ ὁ λόγος δείκνυσιν. Haec enim verba non minus constant ex 54 litteris quam illa spuria. Quodsi placuisset Origeni totum λόγον τοῦ Ἰουδαίου i. e. Iosephi illo loco afferre, non minus quae pro illis ληθῆ δεχομένων illa Ἦν — — τὰ statim excipientibus quam quae pro reliquis verbis insititiis Iosephus scripsisset, cognosceremus. Sed Iosephi testimonium vere significari illo Origenis loco, statuit ipse Fabricius in salutar. luc. evangel. p. 32., quomodo tamen ad verba Origenis οὐκ οἶδα

δὲ εἰ ἄνθρωπος potuerit adscribere: „*Iosephi locus, supra pag. 17.*;" non intelligo. Nam illa *οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος* non esse Iosephi sed Origenis, manifestum est, quamvis fortasse crediderit Fabricius l. l., exprimi illis Iosephi *εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή*. Sed hoc cui in mentem venire possit, ille non solum Origenis orationem misere claudicare et hiare deberet concedere, siquidem *τολμήσας ἐπισπεῖραι etc.* ut sua verba sine ullo orationis vinculo perversissime annexuisset Origenes, sed etiam ineptissime usum esse illo *λόγῳ τοῦ Ἰουδαίου*, cum paulo post *Ἰουδαίους ἀπιστοῦντας* dicat *αὐτοῦ* i. e. *Χριστοῦ* (vid. *ἀλλ' ἐπεὶ δύναμις τοῦ θεοῦ ὁ Χριστὸς ἦν etc.*) *λόγῳ*, Origenem censeret necesse esset. Quodsi Iosephus *οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος* dixisset de Iesu, nonne potius inter tectos certe Christianos Origenes eum referre debebat, neque vero inter *ἀπιστοῦντας* hoc et aliis locis? Sed ipse Fabricius interpretatione Latina quam subiungit l. l., ostendit se illa *οὐκ οἶδα δὲ εἰ ἄνθρωπος* tribuisse Origeni.

Restat nunc, ut investigem, quid de Eusebio nostro hac in causa statuendum esse videatur. Atque ut sine multis ambagibus dicam, quod sentio, quamvis temere Tanaq. Faberum Eusebio vitio vertisse censeam, quod totum illud testimonium Flavianum supposuerit (cf. Boehmert. l. l. p. 203 sq.), cum totum illud esse supposititium, ex nostra sententia demonstrari nequeat, quamvis non minus temere Eusebium epistolarum illud inter Abgarum et Christum finxisse commercium, cum Bourgueto censeremus, quod vel propterea non potest statui, quod ex archivis Edessenis hausisse litteras illas Eusebium novimus (vide quae monui ad Euseb. H. E. I, 13 p. 78 sq. cf. Excurs. X. XI.), tamen non deesse causas existimo, quibus ductus ipsum Eusebium interpolasse locum Iosephi suspiceris. Antequam vero sententiae illius causas exponam, brevissime refellenda puto ea quae scripsit praeeunte Valesio hac in causa Moellerus de fide Euseb. C. p. 87. „Equidem nullus dubito et locum ante Eusebii tempora corruptum fuisse et ab ipso genuinum habitum; nusquam enim (ut gravissimam rem repetam) eum (Eusebium) piae isti amentiae, quae aut fraudes unde aliquid honoris rebus Christianis accedere posset, committeret aut fabulas fingeret, deditum fuisse deprehendo." Ut enim nunc concedam, quod dixit Moellerus, an inde quod alias nullam fraudem commisisse sciremus Eusebium, sequeretur, eum neque nostra in causa *potuisse* eiusmodi fraudem committere? Imo hoc tantum recte posset contendi, non sine gravioribus causis Eusebium posse talis criminis accusari. Sed ut iam ad ipsas illas causas progrediar, quas puto afferri posse, in suspicionem vocat Eusebium, si quid video, primum illud, quod ante eum testimonium Flavianum esse interpolatum satis est improbabile. Nam non solum nullus ex patribus ante Eusebium testimonio illo quale hodie habetur, usus est (vid.

Boehmert. l. l. p. 13 * cf. p. 158. *), quod nisi forte nullum ex illis patribus intelligere potuisse putemus, quam egregie illo testimonio possent uti, permirum videri debet, sed Origenes etiam qui Iosephum disertis verbis ἀπιστοῦντα τῷ Ἰησοῦ ὡς Χριστῷ i. e. Ἰησοῦν ἡμῶν οὐ καταδεξάμενον εἶναι Χριστὸν, non pro Messia Iesum agnoscentem dixit, ut interpretatur ipse Origenes Comment. in Matth. (vide supra p. 334. cf. Bretschneider. πάρεργον de testimonio Iosephi p. 61. qui male hoc tantum significare contendit Origenem, Iosephum non Christianum (publice) factum esse) et Iosephum de Christo testari declaravit: ἐκεῖνος μὲν οὖν ἄνθρωπος ἦν quod nihil est nisi Iosephi εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή (vide supra p. 348 sq.), Origenes, inquam, certe ea testimonii verba quae Iosephi non esse posse probare studuimus, in Iosepho minime legisse potest. Cf. Bretschneider. l. l., qui pro nobis, non contra nos scripsit: „*cogites quaeso, inter Origenis mortem et Eusebii tempora non nisi 50 annorum spatium interesse. Potuitne fieri, ut tam brevi tempore omnes vel plurimi codices interpolarentur?*" Neque nobis obstat coniectura Blondelli seculo II. iam post Christum natum Iosephi codices mutilatos esse inde suspicantis, quod Origenes; Hieronymus, Cedrenus, alii quaedam legisse videntur in Iosepho quae nunc ibi frustra quaeruntur. Cf. Boehmert. l. l. p. 205 not. Concedere enim facile possumus, illo seculo iam quaedam ex Iosephi textu esse erasa, cum illud eo minime probetur, eo tempore iam a librariis quaedam in Iosephi textum esse illata. Sed Eusebium interpolasse testimonium Flavianum minus etiam improbabile videbitur ei qui de illo *apologetico consilio* cogitaverit, quod praeter *litterarium* (vid. quae monui ad Euseb. H. E. V, 27 not. 5.) et *paraeneticum* (vid. Kestner. de Euseb. auct. et fide dipl. p. 17. §. 48. cf. Euseb. H. E. I, 1. ἐλπίζω ὅτι καὶ ὠφελιμωτάτη — φανήσεται VIII, 13. χρησιμώτατα τυγχάνοντα τοῖς ἐντευξαμένοις VIII, 2. ἃ — ὠφελείας. V, 2.) in historia sua conscribenda simul secutus est Eusebius. Vid. Kestner. l. l. p. 7. Euseb. H. E. I, 4. Ἵνα δὲ μηδὲ τὴν διδασκαλίαν Χριστοῦ νέαν εἶναι καὶ ξένην ὡς ἂν ἀπὸ νέου καὶ μηδὲν τῶν λοιπῶν διαφέροντος ἀνθρώπου συστᾶσαν ὑπονοήσειέ τις, φέρε βραχέα καὶ περὶ τούτου διαλάβωμεν et ibid. ὁ βίος δ' οὖν ὅμως καὶ τῆς ἀγωγῆς τρόπος αὐτοῖς εὐσεβείας δόγμασι, ὅτι μὴ ἔναγχος ὑφ' ἡμῶν ἐπιπέπλασται — — ἐπιδείξωμεν. I, 1 extr. κατάρξασθαι ἐκ θειοτέρας ἢ κατὰ τὸ δοκοῦν τοῖς πολλοῖς οἰκονομίας κατ' αὐτὸν τὸν Χριστόν. IV, 7. cf. I, 13 p. 78. Excurs. X. XI. Schroeckh. christliche Kirchengeschichte Tom. V. p. 214. „*Die Kirchengeschichte des Eusebius, die er zum Besten des christlichen Glaubens, und um die Feinde desselben zu Schanden zu machen, aufgesetzt hat.*" Schmidt. Handbuch der Kirchengeschichte Tom. II. p. 44. „*Die Kirchengeschichte* (des Eusebius) *enthält gleichfalls vieles, was in apologetischer Hinsicht geschrieben zu seyn scheint.*" Hoc enim si quis reputaverit,

ille vix movebitur iis quae cum Valesio opponit Moellerus: „*Cui bono id Eusebius confingere voluisset? An ex Iosephi testimonio Christi pendebat divinitas?*" Quae quamvis inde non penderet, tamen Eusebius quantopere sibi prodesse posset illud Iosephi, mutatis quippe mutandis, testimonium, melius intellexisse poterat quam ut illud corrumpere dubitaret. Cf. Boehmert. l. l. p. 112.: „*Dass — die rühmlichen Zeugnisse der Gegner zur Bestätigung der Wahrheit und Göttlichkeit der christlichen Religion dienen, und ganz vorzüglich zur Widerlegung der Gegner derselben angewandt werden können, behaupteten mit Recht schon Irenaeus, Chrysostomus und Novatianus.*" Vide loca quae V. D. ibid. laudat et p. 111. cf. Daubus. l. l. p. 204 sqq. Adde Isid. Pelus. epist. II, 228. III, 335. *Σεμνὴ γὰρ ἡ παρὰ τῶν ἐχθρῶν μαρτυρία.* Dio Prus. orat. LI. Neque Eusebio cum Iosephi testimonio pro religione Christiana pugnaturo oberat illud, quod obesse poterat Iustino Martyri, cuius tempore ut alia taceam, sane nimis adhuc probabiliter odio inflammati erant Iudaei in Iosephum, neque Eusebius solos Iudaeos potissimum testimonium illud interpolaturus ante oculos haberet necesse erat, sed in universum omnes, qui quamvis Christiani esse vellent, tamen non satis recte ipsi de Christo sentire sed Iosephi testimonio ad meliorem fidem adduci et revocari posse viderentur. Hinc ad finem capitis XI. triumphans quasi exclamat Eusebius: *Ταῦτα οὖν ἐξ αὐτῶν Ἑβραίων συγγραφέως ἀνέκαθεν τῇ ἑαυτοῦ γραφῇ περί τε τοῦ βαπτιστοῦ τοῦ Ἰωάννου καὶ τοῦ σωτῆρος ἡμῶν παραδεδωκότος, τίς ἂν ἔτι λείποιτο ἀποφυγὴ τοῦ μὴ ἀναισχύντους ἀπελέγχεσθαι τοὺς κατ' αὐτῶν πλασαμένους ὑπομνήματα;* Nonne his vel illud satis indicatur, quantam opportunitatem noster habuerit pro Christi gloria omnibus modis pugnandi? Sed Iosephi testimonio omnes adversariorum religionis Christianae et Christi impetus retudisse sese episcopus Caesareensis credidit. Accedit quod tota apologetica est Eusebii demonstratio evangelica ante historiam ecclesiasticam conscripta, ex qua praeter ipsum Iosephi testimonium quod paulo aliter habet, quam in historia ecclesiastica, nonnulla placet adiicere. Postquam enim de magna apostolorum fide Eusebius disputavit, ita pergit: *οὐδὲν δὲ οἷον ἐκ περιουσίας καὶ τῷ ἐξ Ἑβραίων Ἰωσήπῳ μάρτυρι χρήσασθαι ὅς ἐν τῷ ὀκτωκαιδεκάτῳ τῆς Ἰουδαϊκῆς ἀρχαιολογίας, τὰ κατὰ τοὺς Πιλάτου χρόνους ἱστορῶν, μέμνηται τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ἐν τούτοις·*

Ἰωσήπου περὶ τοῦ Χριστοῦ.

„Γίνεται δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον Ἰησοῦς σοφὸς ἀνήρ, εἴγε ἄνδρα αὐτὸν λέγειν χρή. Ἦν γὰρ παραδόξων ἔργων ποιητής, διδάσκαλος ἀνθρώπων τἀληθῆ σεβομένων. Καὶ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ καὶ

Ἑλληνικοῦ ἐπηγάγετο. Ὁ Χριστὸς οὗτος ἦν. Καὶ αὐτῶν ἐνδείξει τῶν παρ' ἡμῶν ἀρχόντων σταυρῷ ἐπιτετιμηκότος Πιλάτου, οὐκ ἐπαύσαντο οἱ τὸ πρῶτον ἀγαπήσαντες. Ἐφάνη γὰρ αὐτοῖς τρίτην ἡμέραν πάλιν ζῶν, τῶν θείων προφητῶν ταῦτά τε καὶ ἄλλα μυρία περὶ αὐτοῦ εἰρηκότων. Ὅθεν εἰσέτι νῦν ἀπὸ τοῦδε τῶν Χριστιανῶν οὐκ ἀπέλιπε τὸ φῦλον." Εἰ τοίνυν, ita pergit Eusebius, *καὶ κατὰ τὸν ἱστορικὸν μαρτυρεῖται, οὐ μόνον τοὺς δώδεκα ἀποστόλους, οὐδὲ τοὺς ἑβδομήκοντα μαθητὰς ἐξῳκειωμένους, ἀλλὰ πολλοὺς μὲν τοῦ Ἰουδαϊκοῦ, πολλοὺς δὲ τοῦ Ἑλληνικοῦ προσαγόμενος, δῆλος ἂν εἴη περιττόν τι κεκτημένος παρὰ τοὺς λοιποὺς ἀνθρώπους. Πῶς γὰρ ἂν ἄλλως προσήγετο τοῦ Ἰουδαϊκοῦ καὶ τοῦ Ἑλληνικοῦ πλείους, εἰ μή τισι θαυμαστοῖς καὶ παραδόξοις ἔργοις, καὶ ξενιζούσῃ κέχρητο διδασκαλίᾳ;* Praeterea tertius locus est Eusebii in quo ad Iosephi testimonium data optima opportunitate certe respiciendum sibi esse duxit, histor. eccles. I, 2 p. 25 sq. *ὁ θεῖος καὶ οὐράνιος τοῦ θεοῦ λόγος, — ἀρχομένης τῆς Ῥωμαίων βασιλείας ἐπιφανεὶς, τοιαῦτα ἔδρασέ τε καὶ πέπονθεν, οἷα ταῖς προφητείαις ἀκόλουθα ἦν, ἄνθρωπον ὁμοῦ καὶ θεὸν ἐπιδημήσειν τῷ βίῳ, π α ρ α δ ό ξ ω ν ἔ ρ γ ω ν π ο ι η τ ὴ ν, καὶ πᾶσι τοῖς ἔθνεσι δ ι δ ά σ κ α λ ο ν τῆς τοῦ πατρὸς εὐσεβείας ἀναδειχθήσεσθαι, τό τε παράδοξον — — προκηρυττούσαις.* Neque iam a mala suspicione Eusebium mihi quidem liberant verba Bretschneideri *παρεργον* de testimon. Iosephi p. 61 sq. „Putasne Eusebium tam caeco impetu adversus Iudaeos abreptum fuisse, ut, qui tamen dubitationes adversus libros *divinos* motos non operuerit, hunc locum quamquam cognosceret, deesse illum in multis (imo: omnibus) codicibus, vel margini tantum esse adscriptum, pro vero venderet?" Nam quomodo, quaeso, inde quod non sine quodam criseos studio libros sacros in certas quasdam classes divisit Eusebius (vide quae monui III, 25 p. 246.), colligi potest, eum esse liberum ab omni fraude? Quid tandem inde quod hunc illumve librum N. T. inter *ἀντιλεγόμενα* potius quam *ὁμολογούμενα* esse referendum statueret vel cum aliis orthodoxis vel solus Eusebius, religioni Christianae damni et detrimenti poterat existere? Quid igitur ne dubitationes de huius illiusve libri sacri *αὐθεντίᾳ* motas commemoraret, nostrum poterat impedire? Atque hac ratione vim suam amittere puto alterum quoque, quod cum Valesio nobis opponit l. l. Moellerus, argumentum: „*Annon Eusebii aetate libri antiquitatum Iosephi in omnibus bibliothecis visebantur, quibus prolatis, facillimum fuisset Eusebii fraudem convincere?*" Cf. Daubus. l. l. p. 195. „*Hunc itaque scriptorem* (Iosephum) *Romae statuam ob ingenii gloriam meritum, cuius libri in bibliotheca repositi sunt, ab ipso imperatore Tito subscripti, ne fraus subesset* (vid. Eus. H. E. III, 9. 10 not. 9.), *quisquam ausus esset interpolare?*" Boehmert. p. 204. Quid vero? Christianos suam ipsius fraudem non detecturos et proditurus esse, facile confidere et a plerisque certe gentilium ac Iudaeorum fraudis ipsum non accusatum iri, non minus sperare poterat Eusebius. Et quo-

tus tandem, quisque est qui longe peiores et quae facilius etiam possent detegi, fraudes commisisse veteres Christianorum doctores in dei scilicet et Christi gloriam, nesciat? (Vid. Lactant. Institt. divinn. IV, 15, 26 sq. „*His testimoniis quidam revicti* (?) solent eo confugere, ut aiant, *non esse illa carmina Sibyllina, sed a nostris conficta atque composita.* Quod profecto non putabit, qui Ciceronem Varronemque legerit, aliosque veteres, qui Erythraeam Sibyllam, ceterasque commemorant, quarum ex libris ista exempla proferimus; qui auctores ante obierunt, quam Christus secundum carnem nasceretur. *Verum non dubito quin illa carmina prioribus temporibus pro deliramentis habita sint, cum ea nemo tum intelligeret.*" Videas quoque, si placet, quanta impudentia detorserit et interpolarit versus Virgilianos Constantinus in orat. ad sanctt. coet. c. XIX. XX. et Vales. ad h. l. Adde locos quos ex Tertulliano, Hieronymo, Origene, Chrysostomo hac in causa laudarunt Moshemius in dissert. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia in Eiusd. dissertt. ad histor. eccles. pertinentt. Vol. I. p. 202.—209. et Muenscher. Handbuch der Dogmengeschichte T. III. §. 39. 40. Praeterea vid. I. Zimmermann. apologia Socratis contra calumnias Aristophanis in Musei Helvetici Tom. VI. partic. XXIV. p. 515 sq. C. A. Beyer. diss. de difficultate iudicii super disputatione veterum ecclesiae doctorum κατ' οἰκονομίαν Lips. 1766. 4. §. 4. „κατ' οἰκονομίαν disputare dicuntur, qui in causam, quam tractant, omnia congerunt, quae apta ad eam esse videntur, etiam falsa, ut commodis eorum, quibus consulere velint, prospiciant. *In eiusmodi disputatione patres* (certe saepe) *nihil nisi victoriam spectant, ad quam omnia referunt: mendacio vero, an veritate; dolo, an vi; fraude an fortitudine cadat adversarius, nihil interest, modo cadat.*" Roesler. de variis disputandi methodis veteris ecclesiae, Tubing. 1784. Cramer. Fortsetzung des Bossuet Tom. III. p. 466 sq. ed. II. Herder. Ideen zur Geschichte der Menschheit Tom. IV. p. 64 sqq. ed. Iohann von Mueller. Adde Henke neues Magazin Vol. II. Fasc. II. p. 638 sqq. I. Iahn. Nachtraege zu seinen theologischen Werken, Tubing. 1821. Fasc. II.: *Was hielten die Kirchenväter von der Accommodation?* Moeller. de fide Euseb. C. p. 67 sqq. et Tzschirner. de claris veteris eccl. doctoribus Comment. prim. p. XV sq.) Atque unde tam certo constat, Eusebii etiam aetate in *omnibus* bibliothecis visa esse Iosephi opera, quamvis imperatorem Titum antiquitatum libros in bibliotheca reponenda curasse, Eusebio, Hieronymo et Nicephoro velimus credere, quod tamen haud scio an non magis verum sit, quam Titum ipsum sua manu Iosephi libros descripsisse? Vid. Vales. ad Euseb. H. E. III, 10 not. 10. Sed unde, quaeso, ut hoc repetam, noverunt VV. DD., in omnibus bibliothecis et vel Eusebii tempore reservata esse scripta Iosephi? Certe quomodo illud inde

pateat, quod Euseb. H. E. VI, 20. sese usum profitetur libris ex bibliotheca Hierosolymitana, quamvis cum DAUBUSIO l. l. intellexerit BOEHMERT. l. l. p. 204. sq. not. 94., equidem non intelligo. Neque enim dixit Eusebius, se Iosephi antiquitates ex illa bibliotheca sibi parasse. — Neque vero illud nos offendere potest, quod omnes qui Eusebium secuti sunt, patres ecclesiastici Iosephi testimonium ab illo interpolatum Iosepho nihilominus vindicarunt, cum qui aetate illi essent propiores, quamvis nondum in omnes codices irrepsisset quod Iosepho adsutum erat, tamen Iosepho totum illud testimonium quale hodie habemus, non potuisse non pro sua cogitandi ratione adscribere, si a Theodoreto discesseris (vide supra p. 347.), facile crédi possit, seriores vero idem facere non dubitaverint probabiliter propterea quod eorum tempore vere certe in plerisque codicibus interpolatum Iosephi testimonium legeretur. Praeterea maxime meminisse debebimus eorum, quae simili in causa disputavit EICHHORN. Einleitung in das N. T. Tom. I. p. 188 sq. ed. II.: „*Eine solche willkührliche Behandlung einer fremden Schrift, die nach der Zeit mit ihren Aenderungen in öffentlichen Umlauf käme, ist zwar in unsern Zeiten unerhört und unmöglich, weil die Vervielfältigung einer Handschrift durch den Druck ihr entgegen steht. — Anders war es vor Erfindung der Buchdruckerkunst. Man glaubte beym Abschreiben einer Handschrift sich die willkührlichsten Aenderungen erlauben zu dürfen, weil blos von einem handschriftlichen Eigenthum, das man sich verschaffen wollte, die Rede war. Aber da solche geänderte Handschriften wieder abgeschrieben wurden, ohne dass man fragte, ob auch das Manuscript, das man abschriebe, den reinen Text des Autors enthalte? so kamen unbemerkt geänderte Copeyen von den Schriftstellern in Umlauf. Wie viele Chroniken im Mittelalter, die in mehrern Abschriften vorhanden sind, stimmen bey einerley Text in Ausführlichkeit und Kürze mit einander überein? Und wie viele Klagen liesst man nicht bey den Kirchenvätern der ersten Jahrhunderte über die willkührlichen Veränderungen, welche Besitzer und Abschreiber mit ihren erst vor Kurzem herausgegebenen Schriften vorgenommen haben?*“ Vide quos laudat V. D., Dionysium Corinthium apud Euseb. H. E. IV, 24. (Tom. I. p. 304. edit. nostrae) *ἐπιστολὰς γὰρ ἀδελφῶν ἀξιωσάντων με γράψαι, ἔγραψα. Καὶ ταύτας οἱ τοῦ διαβόλου ἀπόστολοι ζιζανίων γεγέμικαν, ἃ μὲν ἐξαιροῦντες, ἃ δὲ προστιθέντες. — Οὐ θαυμαστὸν ἄρα εἰ καὶ τῶν κυριακῶν ῥαδιουργῆσαί τινες ἐπιβέβληνται γραφῶν, ὁπότε καὶ ταῖς οὐ τοιαύταις ἐπιβεβλήκασι.* V, 20. Origen. contra Celsum p. m. 79. *τινὰς τῶν πιστευόντων ὡς ἐκ μέθης ἥκοντας εἰς τὸ ἐφεστάναι αὑταῖς μεταχαράττειν ἐκ τῆς πρώτης γραφῆς τὸ εὐαγγέλιον τριχῇ καὶ τετραχῇ καὶ πολλαχῇ.* Rufin. praefat. in Origen. *περὶ ἀρχῶν.* Cf. EICHHORN. Com-

mentar. in Apocal. Vol. II. p. 342 sq. ad Apocal. XXII, 18 sq. Ita equidem ego removeri posse puto quod obiecit Bretschneider. l. l. p. 62.: „*Potuitne fieri, ut hoc additamentum, quod Origenes adhuc non cognoverat, in omnes codices* (post Eusebii quidem tempora ex nostra sententia, Bretschneidero contra de tempore Eusebii et Origenis aetatem interiecto certe simul cogitante) *statim irreperet, ita ut neque Hieronymus, neque Sozomenus, neque Suidas, neque alii antiquissimi in codicem offenderent* (?), *cui haec verba non inserta essent?*" Cf. Kuinoel. spicilegium observatt. in epistol. Iacobi pag. 9. et Commentar. ad Marc. I, 27 pag. 19. ad Luc. II, 2. pag. 304. ed. II.

Sed addenda denique est ultima, quamvis, quantum novi, a nemine adhuc allata ratio, quae suspicionem illam Eusebium interpolasse testimonium Flavianum, longe certiorem reddere videatur atque in eo sita est, quod Eusebius in histor. eccles. II, 10. certe satis similem fraudem vere commisit, ut docebit Excursus II. Quod enim ibi fecit Eusebius, cur non hoc etiam loco fecerit? Itaque illud certe evicisse mihi videor, quamvis ἐπαυτοφώρῳ Eusebium non potuerim deprehendere, tamen a mala illa suspicione interpolati testimonii Flaviani minime ita eum esse liberatum, ut qui illam interpolationem ei vitio vertat, idoneis argumentis carere censendus sit.

EXCURSUS II.

ad

Euseb. Histor. Eccles. II, 10.

(Tom. I. p. 121.)

Utrumque fieri potuisse, ut et bubo supra caput Agrippae et ex alia parte angelus eidem appareret, illud quidem, credo, Valesius nunc nemini facile persuadebit. Recte potius Moeller. de fide Euseb. p. 69. „*Haud*, inquit, *difficile est divinatu, quomodo hic angelus Eusebio subierit; addiderat enim Iosephus, Agrippam istum bubonem tanquam exitii sui nuntium* (ἄγγελον) *spectasse — — Hinc angelum suum mutuatus est Eusebius, invitantibus fere duabus rationibus, primum autoris proclivitate ad prodigia ubique reperienda, deinde vero necessitate, quae certe Eusebio adesse videbatur, narrationem Iosephi cum verbis Lucae eadem de re — — conciliandi.*“ Quae quidem verissime Moellerus monuit. Cf. quae annotavit Valesius ad Eus. H. E. I, 5 p. 40. et ipse I, 7 not. 12 p. 52. III, 37 not. 4. Adde V, 3 p. 39. *πλεῖσται γὰρ οὖν καὶ ἄλλαι παραδοξοποιΐαι τοῦ θείου χαρίσματος εἰσέτι τότε κατὰ διαφόρους ἐκκλησίας ἐκτελούμεναι, πίστιν παρὰ πολλοῖς τοῦ κἀκείνους προφητεύειν παρεῖχον* ex quo loco solo cum maxime refellitur opinio Kestneri de Eus. p. 69. contendentis, Eusebium nullo loco miracula post Christi et apostolorum tempora in ecclesia adhuc facta esse *ipsum* referre, sed semper *alios* illa miracula referentes inducere. Neque Kestnerus et Moellerus hunc insignem locum Eusebii laudaverunt. Praeterea vero de illa in miraculorum perpetuitatem fide quam cum gravissimis non minus quam levioribus patribus tenuerunt plures Theologi, accuratius inter se conferre haud inutile erit Ammon. biblische Theologie T. II. p. 340. p. 346 sq. ed. II. Kant. Religion innerhalb der Gränzen der blossen Vernunft p. 118 * ed. II. Schleiermacher. der christliche Glaube T. II. p. 283. Neander. allgemeine Geschichte der christlichen Religion und Kirche T. I. p. 95 sqq. Sed ut redeam eo de quo nunc agendum est, ipse Moellerus ex mea quidem sententia non minus lapsus est quam Valesius, in iis quae statim subiecit: „*Equidem omnium mi-*

nimie tale alius auctoris verba temperandi vel detorquendi potius (imo interpolandi, ut suo rem recte appellavit nomine VALESIUS) *studium excusaverim; ab altera tamen parte iniqui me iudicis personam subiturum existimarem, si huius loci causa, in quo solo quantum meminerim* [?], *a sinceritatis via paululum deflexit noster, eum doli mali aut piae fraudis commissae postularem.*" Quomodo enim tandem, quaeso, alio nomine illud appellari potest, quod h. l. fecisse Eusebium ipse MOELLERUS concedit, nisi malae neque vero piae sed impiae fraudis nomine? An a sinceritatis via vel transversum unguem discedere, nulla fraus est? Et num quamvis *hoc uno loco* et *semel* eiusmodi crimen commisisset Eusebius, inde sequeretur, hoc non esse crimen? Quocirca neque haec vere disputavit MOELLERUS, neque ea, quae praeterea commentatur l. l. p. 70., sine magna quadam cautione legenda puto, haec: „*Quando autem mihi in memoriam revoco, quam cito et late quarto seculo hoc malum serpserit, quantorumque virorum, Athanasiorum, Basiliorum, Chrysostomorum, animos occupaverit, Eusebium, qui eo se contaminari haud passus est, non possum non laudare, nobisque in ipso fidum et bonae notae historicum datum esse, gratulari. Si quid igitur ab eo perperam exhibitum occurrit, ab aliis fontibus, non vero a fraude scriptoris est repetendum.*" Verum quidem est, Eusebium esse historicum fidum et bonae notae, aliis historiae ecclesiasticae scriptoribus longe praeferendum, sed pessima illa quarti seculi consuetudine neque eum plane abstinuisse, si non ea quae *Excursu I.* disserui, doceant, iste ipse certe Iosephi locus perperam ab eo interpolatus docet. Num enim adsunt forte alii fontes, de quibus MOELLERUS cogitat, unde textus Flaviani corruptionem fluxisse probabile sit? Imo ipse V. D. bene nobis antea illos fontes aperuit, proclivitatem Eusebii ad miracula et necessitatem quae certe ei adesse videbatur, Lucam cum Iosepho et Iosephum cum Luca conciliandi. Hinc Eusebius, ut ipse MOELLERUS l. l. scripsit, *bubonis* nomen ex Iosephi textu expunxit et *angeli* (una cum sequenti voce αἴτιον) in eius locum suffecit. Neque igitur dici potest Eusebius Iosephi locum male perspexisse et interpretatus esse, quod MOELLERUS quamvis secum ipse dissentiens, tamen eo quod Eusebium Iosephi verba simpliciter *detorsisse* dixit, significare voluisse et credidisse videtur. Nam quis, quaeso, Eusebium tam imperitum linguae Graecae, tam infantem in aliorum verbis explicandis fuisse opinetur, ut Iosephi verba clarissima et cum maxime perspicua non perspiceret? Contra si quis Eusebium detorsisse dicat Iosephi verba ita, ut eo illum, quamvis quomodo Iosephi locus sit interpretandus, optime perspexisset, tamen quo Iosephus cum Luca et Lucas cum Iosepho conciliaretur, in hunc de industria atque admotis interpretandi machinis eundem

sensum intulisse significare velit, qui inest in verbis Lucae, respondeo primum, vel sic a fraudis crimine non posse absolvi Eusebium, ut non potest Constantinus M. Virgilii versus in alium sensum traducens et detorquens in orat. ad sanctt. coet. c. XIX. XX. (cf. Excursus I. p. 353.), deinde vel hoc nego posse statui, cum nullo modo detorqueri quisquam possit tantum dici alius verba, qui vel pro iis alia substituit vel alia demit neque Constantinus M. l. l. tantum detorserit in alienum sensum Virgiliana carmina, sed etiam interpolaverit et corruperit, siquidem Saturni nomen simul probabiliter in uno versu expunxerit. Vid. Valesius ad Constantin. l. l. c. XIX. Neque vero librario tribui posse interpolationem Iosephi, recte affirmavit Strothius, cum ipse Rufinus verterit: *Donec respiciens paulo post imminentem atque insistentem capiti suo viderit angelum, cumque sensit continuo exitii sui ministrum.* Praeterea Eusebii lectio exstat apud Steph. Venet. (Reg. Maz. Med. Fuk. Ion. etc.), neque, quin Niceph. Cph. Cast., qui Iosephi lectionem habent, ex hoc ipso illam hauserint, potest dubitari. Coniectura enim Strothii, Nic. Cph. Cast. lectionem ab ipso Eusebio altera vice historiam ecclesiasticam edente profectam esse, quamvis V. D. eam non ipse Rufini auctoritate motus reiiceret, neque per se illa esset satis improbabilis, tamen vel eam ob causam non posset stare, quia bis Eusebium historiam suam edidisse, sine ulla idonea ratione statuit Strothius, ut ostendere conabor in Excursu XV. Itaque illud stare ac manere censeo, Eusebium h. l. malae fraudis, quam commisit, crimine haud posse absolvi. Neque igitur rectius Kestner. de Euseb. auct. et fide dipl. p. 67. §. 56. 57. illud tantum concessit, *piae culpae* interdum reum factum esse Eusebium sed *piae fraudis* eum accusari posse negavit, et quamvis non ea qua Flavianum testimonium audacia hunc Flavii locum corruperit Eusebius, tamen vel sic quo modo testimonium Flavianum interpolare potuerit additis quae addenda erant, vocabulis, longe facilius intelligitur.

Restant autem iam nonnulla alia, de quibus paulo plura monenda videntur. Ac primum quidem, quod Lucae et Iosephi narrationem mirum quantum inter se convenire ac quasi conspirare scribit Eusebius verbis: *θαυμάσαι δ' ἄξιον τῆς περὶ τὴν θείαν γραφὴν καὶ ἐν τῷδε τῷ παραδόξῳ συμφωνίας, τὴν τοῦ Ἰωσήπου ἱστορίαν*, illud quomodo accipiendum sit, iam satis constat. Ut enim hoc recte monuerunt Lucae interpretes, in eo haud pugnare Iosephum cum Luca, quod ille legationem Tyriorum ac Sydoniorum (Act. XII, 20.) non commemoravit, quod hic acclamationis a plebe factae causam a vestimenti regii admiratione, ille ab orationis dignitate motam indicare videtur, quod denique aliud morbi Herodis genus Lucas, aliud Iosephus narravit (vid. Ranisch. commentatio de Lucae et Iosephi in morte Agrippae consensu, Lips. 1745. 4.

cf. KUINOEL. Commentarius in Acta apostolorum p. 425. 428. 432. ed. II. Lips. 1827.), ita ab iisdem illis interpretibus eos, qui praeeunte Eusebio Lucam ac Iosephum in eo conciliare voluerint, quod ille statim post plebis turpiter adulantis acclamationem ἄγγελον κατάξαι Herodem (Act. XII, 23.), hic bubonem tanquam imminentis ei mali nuntium Herodi apparuisse tradat, operam atque oleum, ut aiunt, perdidisse satis demonstratum est. Cf. KUINOEL. l. l. p. 429 ext. p. 430 init. At enim vero in alio quodam genere ipsi interpretes non satis convenerunt. Quaeritur enim praeterea, utri in illo ipso, in quo frustra conciliare eos plures voluerunt, fides habenda sit, Lucaene an Iosepho. Iosephi quidem narrationem omnem praeeuntibus LARDNERO Glaubwürdigkeit der evangelischen Geschichte p. 34., HEUMANNO, MICHAELI, MORO, aliis, fabulam redolere censet KUINOELIUS l. l. p. 429., sed equidem ego me Iosephum plane falsam rei rationem tradidisse minime; pro certo habere non possum non profiteri. Primum enim quod statuerunt LARDNERUS et alii, Iosephum suam narrationem finxisse, recte reiicit ipse KUINOELIUS l. l. propterea quod Iosephus, Agrippae laudator, eam potuis omisisset quam retulisset. Quod si recte statuitur, ut statuitur, quomodo tandem V. D. possit censere Iudaeos, Herodi infensos, *quod ratam habuisset acclamationem adulatoriam,* illam de bubone narrationem excogitasse, Iosephum vero eam attulisse, qui et alias huiusmodi fabellas commemoraverit, *ut opus suum lectoribus superstitiosis commendaret*, equidem non perspicio. Iratos fuisse Iudaeos Herodi ob illam caussam, satis puto improbabile. Nonne enim ex ipsius Lucae narratione videmus, quam turpi adulatione Iudaei Herodem suum prosecuti sint? Vid. Actor. XII, 22., ubi δῆμος sine causa interpretatur KUINOELIUS de solis gentilibus, cum tamen nihil plane addiderit Lucas, quod ne de Iudaeis etiam cogitemus, suaderet et postularet, quos praeterea Iosephus pro Agrippae salute preces fudisse et ob eius vitae discrimen maxime doluisse refert. Vid. Euseb. H. E. II, 10 p. 122 sq. διῆλθε λόγος εἰς πάντας, ὡς ἔχοι τοῦ τεθνάναι παντάπασι (Ἡρώδης) μετ' ὀλίγον. Ἡ πληθὺς δ' αὐτίκα σὺν γυναιξὶ καὶ παισὶν ἐπὶ σάκκον καθεσθεῖσα τῷ πατρίῳ νόμῳ, τὸν θεὸν ἱκέτευον ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, οἰμωγῆς τε πάντ' ἦν ἀνάπλεω καὶ θρήνων. Sed fac, fuisse aliquam Iudaeorum iram propterea quod non sprevisset Herodes malam illam adulationem, coortam, quid tandem illos poterat commovere, ut Herodis mortem non qualis vere acciderat, sed insititio illo de bubone additamento depravatam proponerent? An hoc ipso forte graviorem a deo poenam Herodi illatam esse, apparebat? Hoc sane si illa Iosephi narratione probaretur, eam male fictam esse a Iudaeis, ut suspicaremur, posset suadere. Sed minime probatur hoc Iosephi narratione. Neque vero cur Iudaei ipsi suae irae, quam fuisse coniicit KUINOELIUS, haud satisfactum esse crediderint tam acerbo vi-

tae exitu quem reapse habuit Herodes (σκωληκόβρωτος ἐγένετο), satis intelligo, neque quamvis illud de quo agitur, dare velim KUINOELIO, cur tandem deinde Iosephus narrationem suam retulerit, liquet. Quid enim? Nonne Iosephus fabellam illam quamvis a Iudaeis fictam tamen eandem ob causam quam KUINOELIUS ipse attulit, ut probaret non fictam esse a Iosepho narratiunculam istam, id est, propterea quod erat laudator Agrippae, omisisset potius quam retulisset? Nam quod dicit V. D., Iosephum eam retulisse, ut opus suum lectoribus superstitiosis commendaret, hoc vero equidem ei non possum concedere, nisi Iosephum scriptorem esse omni fide indignum ostenderit. Sed de Iosephi ἀξιοπιστίᾳ vid. Excurs. I. p. 337. cf. quae observavi ad Euseb. H. E. I, 6 not. 11., ubi simul monui, quanti fecerit Eusebius noster Iosephum, unde ille nec de fide in illa narratione de qua agitur, Iosepho habenda vel leviter dubitat. Et profecto in illa ipsa narratione quid insit ut eam plane fabulosam esse credam necesse sit, invenire non potui. Rex Agrippa Romae educatus et superstitione gentili probabiliter non plane liber (cf. KUINOEL. l. l. p. 410. 412.), ex apparitione bubonis malum sibi significari alio praedicente temere credit, et deinde vere accidit, ut viso bubone tanquam mali nuntio (cf. Ovid. Metmph. V, 549. Sueton. Tiberius c. XIV. Vitellius c. IX. Aelian. V. H. II, 31. Plutarch. Brutus c. XXXVI. sq. Romulus c. IX.) vehementer perturbatus et aliis causis praecedentibus ac subsequentibus in graviorem morbum incideret atque diebus quinque post etiam periret. Quidni haec certe in illa Iosephi narratione esse possint vera, quamvis alteram similem ab eo relatam Antiqq. Iud. XVIII, 8., e maiori eius laudandi regem cupiditate profectam velimus credere, quam vero cupiditatem ita certe vicit veritatis quo tenebatur, amor, ut nec tristissimum regis casum occultaret, quem fuisse negare recte non poterat?

Sed his expositis addere iam nonnulla placet de narratione Lucae. Ac primum quidem facile largior, quod contendit KUINOELIUS l. l. p. 430 sq., ex naturali causa mortem Herodis repetendam esse. At enim vero non distinxit V. D. eam sententiam, cui probabiliter *Lucas* favebat, ab ea, quam *nos* recte et iure nostro habere nobis posse videmur. Hinc temere etiam, ut mihi quidem videtur, vituperat V. D. STORRIUM, qui in *dissert. exeget. in librorum N. T. historic. aliquot loca* inserta Opuscc. Academm. T. III. p. 188. opinetur, Herodis aegrotationem et mortem referendam esse ad alia divinitus *extra ordinem* illatae aegrotationis et mortis exempla a Luca relata (XIII, 9 sq. V, 5 sq.). Bene enim vidisse puto STORRIUM, *Lucam* illo loco Actorum miraculosum rei eventum narrare, quidquid de ipsa Lucae sententia statuant *alii*. Cf. KEIL, Elementa Hermeneutices N. T. latine reddita ab EMMERLING. p. 185. Similiter ipse Eusebius quin mi-

raculum narret Lucas, non dubitat; quod satis significant eius verba καὶ ἐν τῷδε παραδόξῳ et quod eodem modo quo Lucas παραχρῆμα angelum dei percussisse Herodem narrat. Quae quidem ipsa verba quamvis Lucas alibi ubi ab angelo aliquid effectum esse scribit, miraculosum quoddam eventum semper in mente minime habuerit, cum sane vel naturales effectiones ex aetatis suae notionibus angelorum interventu accidisse alias posset credere (vid. POELITZ. de gravissimis Theologiae seriorum Iudaeorum decretis p. 31-37. cf. KUINOEL. l. l. p. 430 ext. p. 431 init. p. 187 sq.), tamen Lucam hoc loco cogitasse de miraculo, ex quo statim in ipso theatro Herodes mortuus sit, non minus ostendunt (vid. KEIL. l. l. p. 184. PAULUS Commentar über das N. T. T. III. p. 179.: „*Hieraus* (aus dem Worte παραχρῆμα) *wie so oft aus dem* εὐθέως *der Evangelisten würde die Wunderdeutung unstreitig folgern — — wenn nicht Marcus bestimmt noch* 1 *Tag und Nacht dazwischen setzte*), quam magnum quoddam eius, quod saepe prodit et vix possit plane negari, miraculorum studium confirmat. Cf. ROEHR. Briefe über d. Rationalismus p. 271 sq. Hinc ipsa illa tripartita fontium e quibus Lucas narrationes suas duxerit, divisio a KUINOELIO l. l. Prolegomenn. p. XV. §. 4. p. XXI ext. proposita (cf. EICHHORN. Einleitung in das N. T. Tom. II. p. 30 sqq.) haud scio an ita recte dilatetur et amplificetur, ut Lucam interdum etiam, si plures fontes ei essent reclusi, ex iis lubentius hausisse putemus, qui miraculosa quadam ratione aliquid evenisse affirmarent. Vid. PAULUS l. l. p. 624 sq. ad Luc. XXII, 43. 44.: „*Ein innerer Grund für die Aechtheit von Vs.* 43. 44. *ist, dass auch in der Apg. Lucas gar gerne denen Erzählern folgt, welche sich gewisse unerwartete Vorfälle aus Engelerscheinungen erklärt hatten. Diese Angelophanien, welche auch andere schon als eine Eigenthümlichkeit des Lucas beobachtet haben, scheinen nämlich nicht daher zu kommen, dass er selbst sie zu Einkleidungen seiner Geschichte erst zu machen pflegte, sondern nur, dass er sie nach seinem Geschmack für die besten Causalerklärungen gehalten, und daher sie im Fall einer Wahl, andern etwa einfachern, von dieser Einmischung einer übersinnlichen Causalität freyeren Ansichten seiner Gewährsmänner vorgezogen habe. Dass nämlich auch hier wieder das Factum: Jes. fand sich unerwartet gestärkt, und das Urtheil: ein Engel ist der Schwäche seines Körpers — zu Hülfe gekommen! sehr von einander zu unterscheiden seyen, versteht sich von selbst. Auch, ob etwa ein äusserer Anlass, — — zu diesem Urtheil einen Scheingrund gegeben habe, oder ob sie blos nach ihrer Art zu pragmatisiren; „es war eine schnelle, unverhoffte Veränderung; sie muss folglich von einer übersinnlichen Ursache gekommen seyn*" (ad locum Actorum addendum

esset: *von einer übersinnlichen und plötzlich, auf der Stelle eintretenden Ursache*) *sich dieselbe glaublich gemacht hatten, ist nicht zu entscheiden* (in loco Actorum facilius quod Herodes σκωληκόβρωτος factus est, illius iudicii causam fuisse intelligatur. Cf. BARTHOL. morb. bibl. 23.). *Wir wissen ja nicht einmahl, von wem Lucas diese ihm eigenthümliche Anecdote (!) erhalten hat.*" Cf. PAULUS l. l. Tom. I. p. 9.: „*Die Engelerscheinungen waren gewiss nicht blos für Lucas, sondern für viele andere das letzte Erklärungsmittel wundersamer Erfolge. Lucas nahm also wahrscheinlich diejenigen Traditionen davon auf, die mit seiner eignen Meinung zusammentrafen, ohne selbst ihr Urheber zu seyn.*" Neque aliter indicat PAULUS das Leben Iesu T. I. P. I. p. 85 init. Quae quidem omnia si ad illum de quo agitur, Lucae locum transtulerimus, illud simul magis etiam patere existimo, Lucam non satis recte ab efficacia dei naturae legibus haud adstricta graviorem illum Herodis et in quem probabiliter praeter exspectationem inciderit, morbum duxisse, qua tamen re tantum abest ut fides Lucae historica in rei summa et in aliis narrationibus ei habenda tollatur, ut *nihil nisi Lucam in rerum historicarum expositione ab omni errandi periculo haud immunem fuisse*, demonstretur eundemque interdum vel tunc, ubi nodus hoc vindice dignus vix appareat, miraculum citius vidisse, intelligatur. Vid. PAULUS l. l. T. I. p. 563.: „*Lucas — bei dessen Geschichtsbuche J. D. Michaelis so oft an den Mangel der Infallibilität erinnert hat.*" Cf. I. D. MICHAELIS Anmerkungen zu seiner Uebersetzung des N. T. T. I. p. 356 sqq. Gotting. 1770. 4. Iosephus apud Euseb. H. E. III, 8 p. 209. τέρας δ' ἂν ἔδοξεν εἶναι τὸ ῥηθησόμενον, εἰ μὴ καὶ παρὰ τοῖς θεασαμένοις ἱστόρητο, καὶ τὰ ἐπακολουθήσαντα πάθη σημείων ἦν ἄξια. Sed non sine laetitia, cum haec omnia iam scripsissem, vidi eodem modo de tota Lucae et Iosephi narratione iudicasse EICHHORN. Einleitung in das N. T. Tom. I. p. 447 sq. ed. II.: „*Nach dem Zeitalter einer Begebenheit, die ein Geschichtschreiber einer übernatürlichen Ursache zuschreibt, kann man das Natürliche des Ereignisses nur dann noch zu enträthseln hoffen, wenn mehrere von einander unabhängige Augenzeugen es beschrieben haben; durch die Vergleichung ihrer einzelnen Angaben, der von ihnen gefassten Gesichtspunkte und ihrer zwischen die Erzählung — gestellten Erklärungen lässt sich dann häufig noch der natürlichen Ursache des Ereignisses auf die Spur kommen. Nach der Nachricht, welche die Apostelgeschichte von dem schnellen Tode des Herodes Agrippa giebt, wäre er zur Strafe für seine Eitelkeit durch einen Engel des Herrn erschlagen worden (Apostelg. 12, 23.). Die andere Erzählung eines gleichzeitigen Geschichtschreibers, des Juden Josephus, lässt ihn an einer*

heftigen Kolik, die er sich durch eine Erkältung zugezogen hat, plötzlich sterben; und was wir ohne Josephus Nachricht, wenn wir bedächtige Forscher der Geschichte seyn wollen, unterlassen müssten, das können wir mit der Hülfe seiner Erzählung nun dreist wagen, und die Volksdeutung von dem reinen Faktum wieder absondern." Denique vero quamvis non desint qui his omnibus haud suffragentur, tamen Iosephum et Lucam in eo de quo egimus, inter se pugnare omnemque quae in iis conciliandis ab Eusebio, Valesio aliisque VV. DD. collocata sit opera, frustra esse impensam, hoc certe nemo non existimabit. Neque vero rectissime ipsum Eusebium miraculosum rei eventum a Luca narrari existimasse, facile quisquam, credo, cum Kuinoelio ire poterit infitias.

EXCURSUS III.

ad

Euseb. Histor. Eccles. II, 23.

(Tom. I, p. 168.)

Interpretationem Valesii, cum neque *θύρα* significet *institutionem* s. *initiationem* neque ei conveniat responsio Iacobi, ut taceam in explicanda ratione illius institutionis Valesium secum ipso dissentire, esse perversam et falsam facilius intelligetur, quam quae vere sit verborum *τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ* sententia, statim indagabitur. Certe I. Clericus in historia eccles. duorum primor. secul. p. 416. „*Quod*, inquit, *quid sibi velit, non intelligo*; *neque enim Graecum hoc est nec Hebraïsmum ullum similem comminisci possum. Respondet enim Iacobus hunc esse servatorem*, *quasi Θύρα significaret munus aut quidpiam simile. Sed forte locus est corruptus.*" Iam vero illud facilius certe nunc quidem concesseris Clerico quam *θύραν* esse munus aut quidpiam simile. Alia vero ratione loco nostro medelam afferre voluit doctus quidam Gallus qui in Prospect d'une nouvelle traduction de l'histoire Ioseph p. 4. Paris. 1747. 4. vocabulum *θύρα* Hebraicum potius, quam Graecum esse affirmans scribi eius loco iubet תּוֹרָה vel potius *θύρα* convertendum putat in *θόρα*. Cf. Acta Eruditorum Lipss. a. 1750. p. 142. mens. Mart. At facile patet, huic coniecturae prorsus repugnare vel responsionem Iacobi. Quaerentibus enim Iudaeis: „Quaenam est lex Iesu?" Iacobus respondisset inepte: „Lex Iesu est servator." Itaque hac opinione reiecta commemoranda est nunc coniectura ingeniosa et acuta Moshemii in Commentt. de rebus Christian. ante Const. M. p. 95. a V. D. proposita. Moshemius enim in eo quidem Gallo illi assentiens quod vitium aliquod in Iudaeorum interrogatione latere putat vel ab Hegesippo vel ab alio Hebraicorum verborum interprete commissum, alia tamen ratione, reiecto recte Galli illius commento, sensum restituendum iudicat. Vitium autem in nomine *Ἰησοῦ* quaerens pro isto potius *τῆς σωτηρίας* scribendum dicit V. D. Iudaeos enim, quod manifestum sit,

sciscitatos esse sententiam Iacobi de via seu ostio *salutis*, id est, de vera ratione ad salutem perveniendi, utentes illos patrio sermone vocabulo ישׁוּעָה. Iam Graecum eorum quaestionis interpretem aut sermonis Hebraici minus gnarum aut minus attentum, nomen proprium Iesu cernere ratum perperam scripsisse τίς ἡ θύρα Ἰησοῦ; quum scribendum esset τίς ἡ θύρα τῆς σωτηρίας; quo scripto omnia optime cohaerere. Sed quominus verum vidisse censeam vel Moshemium, quamvis ingeniose conicientem, plura prorsus impediunt.

Primum vel sic pessime se haberet Iacobi responsio, qui quaerentibus Iudaeis, quaenam sit via salutis, ineptissime dixisset τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. Quamvis enim non nesciam, pronomen demonstrativum οὑτοσί et ὅδε saepius non tam ad praecedentia quam sequentia esse referendum (vid. Erfurdt. ad Sophocl. Oedip. T. v. 101 p. 23. Matthiae ausführliche griechische Grammatik §. 470. 1.), tamen sententia verborum ἔλεγε τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα, dixit *eum de quo dicturus sit*, esse servatorem, quae deinde existeret, per se inepta, eo est ineptior, quo magis verba statim subsequentia: ἐξ ὧν τινες ἐπίστευσαν, ὅτι Ἰησοῦς ἐστιν ὁ Χριστός, Iacobum in responsione sua Iesum esse viam salutis iam vere pronuntiasse demonstrant ideoque τοῦτον ad substantivum quoddam generis masculini ante iam commemoratum necessario esset referendum, quod tamen Moshemii coniectura adscita non est commemoratum. Deinde vero bene intellexisse interpretem verba Hebraica, docet tum ipsum ἐξ ὧν — Χριστός, tum p. 169. ἀπάγγειλον ἡμῖν τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ τοῦ σταυρωθέντος, —— Ἰησοῦ τοῦ υἱοῦ τοῦ ἀνθρώπου unde quamvis verba τοῦ σταυρωθέντος suspecta sint, quae non habent Rufinus, Nicephorus et scriptor apostolicae historiae de Iacobo minore (vid. Fabricii cod. apocryph. N. T. Tom. II. p. 604 not. z.), tamen vere interrogasse Iudaeos dici nostro loco τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, luculenter apparet. Denique haec ipsa verba quamvis de re tota, utrum acciderit, recte dubitaveris, tamen optimum sensum praebent, modo consulere simul velimus historiam. Iesus enim, quod constat ex evangelio Iohann. X, 7. 9., vocaverat se τὴν θύραν τῶν προβάτων et τὴν θύραν simpliciter, quatenus ipse solus recte et iure suo constituebat doctores hominum. Vid. Ioh. X, 1. 2. 9. δι' ἐμοῦ ἐάν τις εἰσέλθῃ. Cf. Wahl. Clav. N. T. s. v. θύρα. Unger. de parabolarum Iesu natura interpretatione usu Scholl. exegett. rhett. p. 82. Sed illam ipsam quam Iesus sibi imposuerat, et quae saepius ei imposita est (vid. Ignatius ad Philadelph. §. 9. αὐτὸς (Christus) θύρα τοῦ πατρός, δι' ἧς εἰσέρχονται Ἀβραὰμ, καὶ Ἰσαὰκ, καὶ Ἰακὼβ καὶ οἱ προφῆται, καὶ οἱ ἀπόστολοι καὶ ἡ ἐκκλησία· Hermae similit. 9. §. 12. Formula Antiochena II. ubi Christus vocatur ὁδὸς, ἀλήθεια, ἀνάστασις, ποιμὴν, θύρα, etc. Athanasius de synodis §. 22—25.

WALCH. bibl. Symbol. p. 109 sq. EICHHORN. Einleitung in das N. T. Tom. II. p. 232.), appellationem Iudaei aut nolentes intelligere aut reapse haud intelligentes, ut totam Christi orationem Joh. X, 19 sqq. ab ipso Iohanne haud perspexisse dicuntur et saepissime Christi sententias haud perspexerunt (vid. Iohann. II, 18 — 21. III, 3 sqq. IV, 11 sqq. V, 18 sqq. VI, 32 — 63. VII, 33 sqq. VIII, 21 sqq. 30 — 59. IX, 40. X, 30 — 39. XVIII, 38. cf. Mtth. XII, 40. PAULUS das Leben Iesu T. I. P. I. p. 331 sq. qui minime refutatur iis quae monuit KUINOEL. ad l. l. Matth.), Iacobum adiisse dicuntur ab Hegesippo ex illoque quaesivisse τίς ἡ θύρα Ἰησοῦ; Iam vero haec ipsa verba nihil significare posse facile patebit nisi aut: „Quaenam est porta Iesus?" genitivo appositionis locum tenente (vid. quae monui ad Euseb. H. E. V, 24 not. 10.), aut: „Quaenam est porta illa quam Iesus se esse dixit?" per genitivum subiecti qui vocatur. Quidquid praeferas, non solum omnia linguae legibus egregie conveniunt, sed etiam apta et concinna est responsio Iacobi. Hic enim, sive hoc sive illud quaesiverint Iudaei, proprie quidem, id est, si vellet et posset recte ipse interpretari, quo sensu Christus se vocasset τὴν θύραν τῶν προβάτων vel τὴν θύραν simpliciter, respondere debebat, quantum equidem indicare possum: „hic, id est, Iesus dixit se portam, quatenus ipse solus recte et iure suo constituebat doctores hominum." Verum enim vero sponte sua apparet, ipsum Iacobum illud nomen τῆς θύρας τῶν προβάτων et τῆς θύρας simpliciter, quacum Iesus sese comparaverat, ita potius esse interpretatum ab Hegesippo dici quasi Iesus voluerit significare, se aditum suis praebere ad salutem, quo modo vel nunc plures VV. DD. illa Iesu verba explicanda esse indicant (vid. BRETSCHNEIDER. Lexic. Manual. in N. T. s. v. θύρα), inducti illi fortasse maxime eo, quod Iesus apud Iohann. X, 9 sqq. postquam se θύραν τῶν προβάτων vocavit, statim addit doctores a se constitutos σωθήσεσθαι, quin etiam se esse ποιμένα καλὸν qui τὴν ψυχὴν αὐτοῦ τίθησι ὑπὲρ τῶν προβάτων. Quod tamen nostrae supra propositae explicationi haud repugnat, siquidem, ut utar verbis UNGERI l. l. p. 83., *quae est Commentariorum Joh. ratio, subsequuntur in iis sese similes translationes atque allegoriae, interdum — immutatae atque nova ex similitudine collatae.* Cf. Arnob. adversus gentes II, 65. ed. ORELL. „hoc necesse a nobis est ut debeatis accipere, a nullo animas posse vim vitae atque incolumitatis accipere, nisi ab eo, quem rex summus huic muneri officioque praefecit. *Hanc* omnipotens imperator esse voluit *salutis viam, hanc vitae, ut ita dixerim,* *i a n u a m, per hanc* (ita enim scribendum puto cum MEURSIO, non *hunc* ut legit ORELLIUS, cum *hanc* non solum suadeant praecedentia, sed sequens *alia* postulet, pro quo *alias* legendum esse *hunc* scribenti, dicit ipse ORELLIUS ad h. l. p. 93.) *solum est ingressus ad lucem, neque alia datum est, vel irrepere,*

vel invadere, caeteris omnibus clausis atque inexpugnabili arce munitis." Sed ut redeamus ad Iacobum, si ille certe, quo tandem cunque modo *nos* putemus illa Christi verba esse interpretanda, Christum se dixisse τὴν θύραν crediderit, quatenus aditum praebeat suis ad beatitatem, commode simul eum Iudaeis respondisse intelligitur: τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα. Nam quamvis si accuratissime vellet respondere, dicere potius deberet: hic, id est, Iesus porta est quatenus aliis aditum praebet ad salutem, tamen poterat haud dubie brevius quoque sed apte statim dicere: hic (Iesus) est servator (hominum). Pluribus interpretationem nostram stabilire, non opus, pauca de aliorum addenda esse puto. Ac primum quidem male vertisse patet STROTHIUM ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ in loco Hegesippi: „*die Thüre zu Jesu*," obstante si minus ratione grammatica, certe responsione Iacobi. Deinde autem veram loci Hegesippi vim ac naturam quamvis odoratus esse videatur, tamen accuratius explicasse patebit nec FABRICIUM cod. apocryph. N. T. Tom. II. p. 602 not. 1., ubi haec scripsit V. D. „τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ, quorum verborum sensus petendus ex Ioh. X. ubi Iesus se ostium vocat. Quaerunt itaque (?) ex Iacobo Iudaei, *quemnam putet esse illud ostium, per quem ad deum aditus pateat?*" Sed opportune FABRICIUS l. l. laudavit Euseb. demonstrat. evang. III, 7 p. 116. ed. MONTAC. Eusebius enim hoc loco eandem rem quam Hegesippus, sed ratione paulo diversa narrat, quippe qui Iacobum a Iudaeis rogatum tradat τίνα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔχοι δόξαν, *quidnam de Iesu sentiret*, ac respondisse ὅτι υἱὸς θεοῦ εἴη. De quo Eusebii ab Hegesippo dissensu quid statuendum sit, non difficilius sit ad definiendum. Aut enim Eusebius Hegesippum non satis recte ipsam rei rationem exposuisse ratus eum quasi emendare in illa narratione voluit aut simpliciter Hegesippiana illa τίς ἡ θύρα τοῦ Ἰησοῦ et τοῦτον εἶναι τὸν σωτῆρα liberius interpretari illis τίνα περὶ τοῦ Χριστοῦ ἔχοι δόξαν et ὅτι υἱὸς θεοῦ εἴη. Quidquid sit, nostram interpretationem verborum Hegesippi illo Eusebii loco minime posse labefactari, me tacente apparet. Denique de toto cap. 23. lib. II. historiae eccles. Eus. accuratius est conferendus FABRICIUS l. l. p. 591 — 608.

EXCURSUS IV.

ad

Euseb. Histor. Eccles. IV, 13.

(Tom. I. p. 330 sq.)

Mihi non minus displicent LANGI ac MUSCULI, quam Rufini et CHRISTOPHORSONI interpretationes. Horum enim non convenire verbis Graecis, ipse VALESIUS recte iudicavit, illorum vero sibi satis similes propterea improbo, quod non solum iis adscitis verbum ὑπομνῆσαι participium sequi existimandum est, quamvis hoc fortasse ferri possit (vide quae monui ad Euseb. H. E. VI, 2 not. 5.), sed etiam μὲν et δὲ post ἀθυμοῦντας et παραβάλλοντας prorsus negligitur et omittitur. Locus profecto est paulo impeditior; nam quamvis legatur τὰ ὑμέτερα, ut ipse legere cum STROTHIO et ipsis MSS. non dubitavi, quia aperte de se minime loquitur imperator, ideoque τὰ ἡμέτερα satis alienum est, tamen potissimum offensioni sunt verba παραβάλλοντας δὲ τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, quae quid sibi velint, ut recte opponi possint praecedentibus ἀθυμοῦντας μὲν ὅταν περ ὦσι, prima specie difficilius est ad definiendum. Hinc varias proposuit loci emendandi rationes STROTHIUS, quarum tamen nulla mihi certe magnopere arrisit. Nam post τὰ ἐκείνων addere νουθετεῖσθαι vel πρὸς κρείττονα διάνοιαν τρέπεσθαι, hoc sensu: „*de terrae motibus autem non absonum erit, vos, qui cum accidunt animum abiicitis, commonere, ut comparando animi vestri statum cum illorum ad meliorem frugem perveniatis*" hoc, inquam; addere nimium quantum puto esse coniicientis, ut taceam, ita quoque μὲν et δὲ prorsus esse neglectum et ὑπομνῆσαι cum participio construi, pro quo exspectes infinitivum. Alia ratio loci sanandi et a STROTHIO proposita ea est, qua mutata distinctione colon ponatur post ὦσι ac pro παραβάλλοντας legatur παραβάλλετε. Sed vereor, ne ita loci obscuritas non solum non minuatur, sed etiam constructio verborum reddatur durior, cum verbum μὲν participio iunctum exciperet δὲ cum verbo finito et totum illud παραβάλλετε δὲ satis claudicaret. Tertia denique coniectura reliquis certe probabilior ea est, qua ante παραβάλλοντας aut post δὲ addatur μὴ, hac sententia:

„*commonere vos qui tunc animum abiicitis, at non comparatis animum vestrum cum illorum, scilicet ut inde discatis, quomodo affecti esse debeatis.*" Quam coniecturam tum propter suam facilitatem tum quia sententia, linguae legibus et oratione contexta haud neglectis, inde nascitur satis commoda, reliquis praeferrem, nisi sine ulla coniectura putarem locum posse retineri. Similis autem ut hoc addam, est quidem coniectura quam proposuit Stroth. deutsche Uebersetzung des Eusebius T. I. p. 252 not. 6., sed minus probabilis quam prior illa. Ibi enim V. D. μὴ potius ante ἀθυμοῦντας inseri voluit, quod postulare videatur μὲν et δὲ, totum vero locum ita vertit: „*Was die Erdbeben betrifft — — halte ich nicht für undienlich, euch zu erinnern, dass ihr bey vorkommenden Fall den Muth nicht sinken lasst, sondern euer Betragen mit jener ihrem vergleicht.*" Quod propterea minus placet, quia iterum ὑπομνῆσαι cum participio pro infinitivo deinde iunctum est. Neque video, quomodo vel μὲν et δὲ illud μὴ ante ἀθυμοῦντας postulet, vel οὐκ εἰκὸς quod Iustinus loco verborum οὐκ ἄτοπον habet, illud suadeat. Cf. Stroth. l. l. p. 253. Quae cum ita sint, equidem acquiescendum potius puto in ea quae se mihi obtulit, interpretatione, qua adscita nullis plane coniecturis opus est, et quae hanc affert sententiam: „*Non alienum fuerit, vos monere de terrae motibus, qui vel fuerunt vel nunc sunt, vos, inquam, qui estis quidem animo pavido, quotiescunque illi eveniunt, sed nihilominus vos et vestram agendi rationem comparare soletis cum illis et illorum agendi ratione.*" Ita nihil obscuri in loco nostro relictum puto. Imperator enim recte in mentem revocat gentilibus suis terrae motus qui vel fuerunt vel futuri sint, propterea quod tam male erant, quoties eveniebant, timidi et tamen se ac suam fortitudinem cum Christianis et Christianorum fortitudine conferre audebant. Τὰ ὑμέτερα vero et τὰ ἐκείνων nihil est h. l. nisi ὑμεῖς et ἐκεῖνοι. Vide sequentia οἱ μὲν — ὑμεῖς δέ. Euseb. H. E. V, 1 extr. τὰ μὲν ἀπ' ἐκείνων, τοσαύτην εἶχε τὴν ποικιλίαν, τὰ δὲ καθ' ἡμᾶς ἐν μεγάλῳ καθειστήκει πένθει i. e. at *gentilium* quidem *insectatio* talem habuit varietatem, *nos* vero gravissimo interim dolore premebamur, Valesio, *so verschieden waren die Aeusserungen der Heyden. Wir hingegen* etc., Strothio interprete. Adde VIII, 14 p. 60 sq. διὰ τούτων γὰρ αὐτῷ τὰ τῆς νίκης κατορθωθήσεσθαι, ἡ πᾶσα ἐτύγχανεν ἐλπίς. Ibid. extr. τὰ τῆς τοσῆσδε — συγχύσεως tanta rei publicae perturbatio, ut Vales., *diese so grosse Zerrüttung*, ut Stroth. vertit. VIII, 15. ἄπλωτα — τὰ κατὰ θαλάτταν ἦν = ἡ θάλασσα. Matthiae ausführl. griech. Grammatik §. 285. 2. p. 574 p. 575. in. §. 341. 4. p. 649. Totius autem loci interpretationi apprime conveniunt etiam illa quae sequuntur: οἱ μὲν etc. Haec enim causam continent, cur minime possint se aequare Christianis in constantiae ac fortitudinis laude gentiles.

Ita nihil vel addendum vel mutandum est, et nullo modo adhortari imperator gentiles, ut se contendant cum Christianis, imo hoc illos non posse recte facere, libere profiteri censendus est. Neque aliter locum accepisse videtur, quamvis sibi non satis constans, VALESIUS, qui ita vertit: „*Ceterum de terrae motibus, — — non absurdum videtur vos commonere, qui et (?) animos abiicitis, quoties huiusmodi casus contingunt, et (?) vestra cum illorum institutis (?) comparatis.*“ Iustinus autem scripsit: περὶ δὲ τῶν σεισμῶν τῶν γεγονότων, καὶ τῶν γινομένων, οὐκ εἰκὸς ὑπομνῆσαι ὑμᾶς ἀθυμοῦντας, ὅταν περ ὦσι, παραβάλλοντας τὰ ὑμέτερα πρὸς τὰ ἐκείνων, ὅτι εὐπαῤῥησιαστότεροι ὑμῶν γίνονται πρὸς τὸν Θεόν. Sensus horum est fere idem, sed singularum enuntiationum paulo alius nexus, et nominatim illud ὅτι — Θεὸν tanquam tertia causa cur *minime par esse videatur* illos monere, propositum, cum contra apud Eusebium causa iis contineatur, cur minime se contendere possint gentiles cum Christianis. Ceterum eodem modo quo h. l. ad gentiles propter virtutis neglectum pudore afficiendos laudantur magis quam vituperantur Christiani a paganae superstitionis acerrimo quondam defensore, imperatore Iuliano. Vid. eius epist. XLIX. p. 430 extr. ed. SPANHEM. αἴσχρον γὰρ εἰ τῶν μὲν Ἰουδαίων οὐδεὶς μεταιτεῖ· τρέφουσι δὲ οἱ δυσσεβεῖς Γαλιλαῖοι πρὸς τοὺς ἑαυτῶν καὶ τοὺς ἡμετέρους· οἱ δὲ ἡμέτεροι τῆς παρ' ἡμῶν ἐπικουρίας ἐνδεεῖς φαίνονται. Δίδασκε δὲ (scil. Arsacie) καὶ συνεισφέρειν τοὺς Ἑλληνιστὰς εἰς τὰς τοιαύτας λειτουργίας κ. λ. Ibid. ep. LXIII. p. 453. Τοὺς μὲν δυσσεβείας σχολῇ προσχόντας (Christianos) οὕτω διαπύρους, ὡς αἱρεῖσθαι μὲν ὑπὲρ αὐτῆς ἀποθνήσκειν, ἀνέχεσθαι δὲ πᾶσαν ἔνδειαν καὶ λιμὸν, ὑείων ὅπως μὴ γεύσαιντο, μηδὲ πνικτοῦ, μήτ' ἄρα τοῦ ἀποθλιβέντος. Ἡμᾶς δὲ οὕτω ῥαθύμως τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς διακειμένους, ὥστε ἐπιλελῆσθαι μὲν τῶν πατρίων· ἀγνοεῖν δὲ λοιπὸν, εἰ μὴ ἐτάχθη πώποτέ τι τοιοῦτον. Qui quidem loci sunt satis insignes. Cf. AUGUSTI Denkwürdigkeiten aus der christlichen Archaeologie Tom. IV. p. 71 sqq.

EXCURSUS V.

ad

Euseb. Histor. Eccles. IV, 15.

(Tom. I. p. 344.)

In Valesii coniectura ita acquievit Strothius, ut nihil scriberet ad h. l. in editione Graeca Eusebii, nisi: „Bene *Valesius* excidisse putat ἐκπεσόντα.“ Sed dignus nobis videtur locus de quo paulo accuratius agamus. Atque ante omnia explorare haud alienum erit, quomodo alias in historia ecclesiastica usurpare soleat vocem ἐνδιδόναι Eusebius. Triplici autem ratione, quantum equidem legendo ac relegendo animadverti, illa vox apud Eusebium legitur. Primum absolute ἐνδιδόναι ab eo dicitur, qui cedit, qui se flecti patitur. Vid. H. E. VIII, 10. εἴ που τις ἡττηθεὶς τῶν βασάνων ἐνδιδόναι ἐδόκει i. e. „si forte quis tormentorum acerbitate victus *a proposito desciscere* videretur,“ interprete Vales. Accuratius etiam reddidit Strothius: „*nachzugeben.*“ Neque aliter ἐνδιδόναι accipiendum videtur in libro de martyr. Pal. c. IV. extr. ἀλλὰ γὰρ οὐδὲ πρὸς ταῦτα ἐνδούς, sed neque in his cedens. Quamquam si quis malit ibi ἐνδοὺς iungere cum verbis πρὸς ταῦτα ut Vales. qui vertit: „sed neque *his cruciatibus superatus*,“ non magnopere contendam. Est deinde ἐνδιδόναι πρός τι eodem modo dictum quo ἐνδιδόναι τινί, de quo paulo post videbimus. Sed absolute ἐνδιδόναι legitur praeterea in H. E. IX, 9 extr. οἱ μὴν ὁ δυσσεβέστατος ταύτῃ ἐνδοῦναι προῄρητο i. e. „verum impius ille ne *sic* quidem *flecti* ac paulatim *cedere* decrevit,“ ut ipse vertit recte Vales. Male Stroth. „*Allein der Erzgottlose war noch nicht willens hierin nachzugeben.*“ Adde Chrysost. Tom. XII. p. 313. E. Opp. ed. Montefalcon. μυρία βέλη δεχόμενος, οὐκ ἐνεδίδου (Iobus). Cf. Plutarch. Tib. Gracchus c. XI. ἐνδοῦναι καὶ χαρίσασθαι τῷ δήμῳ. Iulian. Caes. IX, 27. Alciphron III, 3. Reitz. ad Lucian. Tom. II. p. 518. Ruhnken. ad Tim. Lex. p. 101. Bast. epist. crit. p. 195. Sed utitur Eusebius verbo ἐνδιδόναι quoque cum dandi et accusandi casu. Ac cum illo quidem in H. E. VI, 3. ubi de Origene loquitur: οὐ μὴν αὐτὸς ἐνδιδοὺς ταῖς καρτερίαις,

quod Vales. vertit: „verum tamen *de vigore tolerantiae nihil unquam remisit*" et similiter Stroth.: „*Dennoch liess er von seiner Enthaltsamkeit nicht im Geringsten nach.*" Sed ἐνδιδόναι τινὶ minime est *remittere de aliqua re*, *von etwas nachlassen*, imo *alicui rei cedere*, *ea esse inferiorem*, *ea vinci*. Itaque illo loco vertendum potius est: „verum ille nunquam *cessit variis tolerantiae modis*, nunquam *iis victus est*." Poterit autem in illa locutione ἐνδιδόναι τινὶ, alicui rei cedere, vel ἑαυτὸν suppleri vel τί. Ita Clemens Alexandrinus apud Euseb. H. E. III, 29 p. 258. μηδὲν, inquit, αὐτῇ (σαρκὶ) πρὸς ἡδονὴν ἐνδιδόντα. Plutarch. Lycurgus c. XI. οὐδὲν ἐνδοὺς πρὸς τὸ πάθος. cf. Euripid. Phoeniss. v. 21. ὁ δ' ἡδονῇ δοὺς. Olear. ad Philostrat. p. 8 not. 9. Bergler. ad Alciphron. epist. p. 379. Valckenar. diatribe in Eurip. perditt. dramm. reliqq. XXI. p. 233. Passow. Lexic. s. v. ἐνδίδωμι n. 5. Denique accusandi casui iungit ἐνδιδόναι Euseb. H. E. VIII, 10. οὐκ ἐνεδίδουν τὴν γνώμην, quod liberius vertit Vales. „non *fracti sunt animo*" et Stroth. „*Alle Drohungen — vermochten nicht*, *sie in ihrem Entschlusse wankend zu machen.*" Vertendum potius erat: „non destiterunt a consilio suo, non *abiecerunt* consilium." Nos in sermone vernaculo: „*sie gaben ihren Entschluss nicht auf*, *nicht Preis*, *würden an ihrem Entschlusse nicht gleichsam zu Verräthern.*" Quae quidem significatio locutionis ἐνδιδόναι τὶ veteribus si non inaudita, certe satis inusitata esse videtur, qui ἐνδιδόναι τὶ potius ita dicunt ut sit: *ostendere aliquid*. Vid. Valckenar. ad Aristoph. Plut. v. 488. cf. Passow. Lex. s. v. ἐνδίδωμι n. 3. Plat. Crit. c. V. ἔτι δὲ, ὦ Σώκρατες, οὐδὲ δίκαιόν μοι δοκεῖς ἐπιχειρεῖν πρᾶγμα, σεαυτὸν προδοῦναι, ἐξὸν σωθῆναι.

Iam vero his expositis circumspicere placet, an fortasse melior medela loco nostro afferri possit quam ea, ut cum Vales. excidisse sumamus ἐκπεσόντα. Nam haec ipsa coniectura non solum per se difficultate quadam laborat, sed etiam eo minus nobis commendatur, quod haud commoda inde existit sententia haec: „tandem postquam *salute sua excidit*, *cedere*." Non potius dicendum erat: ἐνδόντα, τῆς σωτηρίας ἐκπίπτειν, postquam cessit seu flecti sese passus est, salute excidere? Contra faciliores coniecturas triplicem illum verbi ἐνδιδόναι quem apud Eusebium invenimus, usum suppeditare puto. Primum enim coniicio scribi posse ἐν τέλει τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι i. e. in ipso salutis suae fine, cum iam prope attigisset veram salutem, cessit Quintus. Quod si minus placuerit, suaserim ut legatur aut τῇ σωτηρίᾳ ἐνδοῦναι aut τὴν σωτηρίαν ἐνδοῦναι. Si illud leges, sententia erit eadem, quam ipse Vales. vertendo expressit: „tandem *vitae retinendae studio cessit*" et Stroth. quamvis iusto liberius reddidit: „*so dass er zuletzt auf die Rettung seines Lebens bedacht*

σαν." Neuter vero, ut hoc in transcursu moneam, ita posset verti tere, si ἐνδιδόναι τινὶ esset *de aliquo remittere*, quomodo, ut vidimus, in Eus. H. E. VI, 3. illud dictum crediderunt VV. DD. Namque deinde sententia prorsus contraria esset haec: „tandem de salutis suae studio remisit." Sed cum ἐνδιδόναι τινὶ sit, quod dixi, cedere rei, τῇ σωτηρίᾳ ἐνδοῦναι si scripsisse Eusebium coniicimus, verti sane potest: „saluti suae cedere, ab ea vinci, id est, a studio salutis suae vinci, huic studio cedere." Quodsi denique τὴν σωτηρίαν ἐνδοῦναι legi malis, commoda sententia haec est: „salutem suam *abiecit*, *prodidit*, *er gab sein Heil auf*, *Preis*." Atque huic postremae coniecturae nostrae mirifice convenit interpretatio ipsius Rufini: „*salutem* segnitia *perdere*," et idem fortasse voluerunt CHRISTOPHORSONUS ac MUSCULUS.

Itaque ex iis quae adhuc disputavimus, hoc certe nobis effecisse videmur, ut coniecturas nostras VALESII praeferendas esse pateat. Sed restat iam, ut paucis ostendamus, ne opus quidem nobis esse videri qualem tandem cunque coniecturam, imo lectionem vulgatam esse sanam et bonam. Quid enim? Nonne τέλος possit iungi verbis σωτηρίας et ἐνδοῦναι? Explicari quidem locum posse videbis multiplici ratione, sed quamcunque velis amplecti, eum optime habere intelliges. Est enim primum τέλος esse *absolutionem* s. *perfectionem* rei, quemadmodum Latini *finem* bonorum et malorum dicunt, sententia loci haud incommoda prodit haec: „Quintus visis feris ac reliquis tormentis fracto animo expavit et salutis suae perfectionem abiecit, salutis suae finem et quasi metam haud attigit, ad quam antea contenderat, perfectam et consummatam beatitatem sprevit. Atque ita τέλος τῆς σωτηρίας vere usurpatum inveni ab Iohanne Antiocheno in orat. in monast. donationes laicis apud COTELER. ecclesiae Graecae monumentt. Tom. I. p. 167. Ὑπὸ τῶν εἰρημένων τοίνυν εὐαγγελικῶν καὶ ἀποστολικῶν καὶ πατρικῶν συγγραμμάτων καὶ διαταγμάτων πᾶσα ἡ οἰκουμένη ἀναζωπυρηθεῖσα καὶ ὁμοφρονήσασα, ἐν τῇ ἀποταγῇ καὶ ἀποφυγῇ τοῦ κόσμου καὶ τῶν ἐν κόσμῳ, καὶ ἐν τῇ ἀσκητικῇ ἤτοι μοναχικῇ διαγωγῇ καὶ πολιτείᾳ, τὸ τέλος τῆς σωτηρίας ὡρίσατο. i. e. *perfectam* salutem definivit (constituit), ut recte vertit COTELERIUS, qui simul ad marginem adscripsit variantem lectionem τέλειον pro τὸ τέλος, quam ut nemo pro vera habebit, ita bene explicare τὸ τέλος, quisque facile concedet. Cf. 1 Tim. I, 5. τὸ τέλος τῆς παραγγελίας ἐστιν ἀγάπη. Euseb. H. E. X, 8. τὸ χοῦν τέλος αὐτῷ τῆς μανίας, ἐπὶ τοὺς ἐπισκόπους ἐχώρει quod vix recte vertit VALESIUS: „*Denique* eo furoris processit" *etc.* et STROTHIUS: „*Denn zuletzt ging er in seiner Raserei gar so weit*" etc. Vertendum potius: „Ad summum furorem processit cum etc." Vide verba praecedentia τῆς — ὑπερβολῆς et cap. IX. init. [illegible] PASSOW. Lexic. s. v. τέλος ab init. Neque vero, ut ad ...

locum redeam, huius sensus valde mutatur; si τέλος ita explicare malis, ut illud, quemadmodum alibi, inservire simpliciter censeas substantivi periphrasi. Vid. VALCKENAR. ad Herodot. II, 139. CASAUBONUS ad Athenaeum II, 3 extr.: „Est sane familiaris Ionice scribentibus dictio τέλος, qua saepe nihil sonat aliud, quam χρῆμα, res. τέλος θανάτου, *res mortis*, pro *morte*, saepe apud Homerum et Hippocratem; ut *res voluptatum*, Plauto, pro *voluptates*.“ PERIZON. ad Aelian. V. H. III, 42: δίκης τέλος. Cf. Homer. Iliad. III, 309. IX, 411. 416. XI, 451. XIII, 612. XVI, 855. Odyss. V, 326. XXIV, 124. ORELLIUS et OCHSNER. ad Arnob. adversus gentes I, 45 p. 382. ed. ORELL.: „Etiam *operis res* erat.“ Pelagii epistol. ad Demetriad. c. XXIV. p. 77. ed. SEMLER.: „Quis *rem medicinae*, vulnus faciat? et inde sana laedat quoque, unde iam laesa curanda sunt?“ PASSOW. Lexic. s. v. τέλος n. f. Tunc enim loco nostro dicitur hoc: „*salutem suam* (ad quam fortitudine animi pervenire poterat) Quintus abiecit.“ Atque ita fortasse interpretatus est τέλος σωτηρίας Rufinus, qui simpliciter *salutem* vertit. Postremo si ita usurpasse τέλος Eusebium, videatur tibi incredibilius, tamen τέλος Eusebium dixisse facile largieris eodem modo quo illud saepius legitur in libris N. T., id est, de *praemio*. Neque aliter ipse Euseb. H. E. V, 1. usus est voce ἔξοδος. Vide quae animadverti ad h. l. not. 43. Adde Rom. VI, 21 sqq. VALESIUM ad Euseb. V. C. I, 26. cf. KYPKIUS ad Luc. IX, 31. *Τέλος* vero τῆς σωτηρίας explicandum erit ita ut genitivum appositionis partes tenere dicamus, id est, per: τέλος, τὴν σωτηρίαν. Vide quae observavi ad Euseb. H. E. V, 24 not. 10. Adde BOEHME Commentar. ad Hebr. XII, 11 p. 674 sq. cf. WINER. Grammatik des N. T. p. 91. 2. ed. II. Loci igitur sensus hac interpretatione adscita quam certe secundae praefero, hic est: „Quintus cruciatuum suorum mercedem, id est, salutem suam abiecit.“ Unum quo quis in hac explicatione possit offendi, illud est, quod *cuius rei* praemium Quintus assecutus sit, non disertis verbis expressum est, quod tamen si voluisset facere Eus., non poterat brevius dicere τέλος τῆς σωτηρίας, sed fere sic: τέλος τῶν αἰκιῶν αὐτοῦ, σωτηρίαν. Cf. 1 Petr. I, 9. κομιζόμενοι τὸ τέλος τῆς πίστεως ὑμῶν, σωτηρίαν ψυχῶν. Sed quidni ipse apostolus scribere poterat: κομιζόμενοι τέλος σωτηρίας? Cf. Euseb. demonstrat. evang. III, 7 p. 113 ed. MONTACUT. τοῦτον τὴν ἔκβασιν τῆς τελευτῆς προτεθεωρακότες, nisi ibi pleonastice locutum putes Eusebium. Histor. eccles. VIII. append. p. 179. ἡ τοῦ βίου ἔκβασις.

Quae cum ita sint, et cum τέλος τῆς σωτηρίας ἐνδοῦναι quamcunque ex iis quas proposui, interpretationibus adsciveris, bonum sensum praebeat, neque difficiliori coniectura VALESII, neque facilioribus meis coniecturis quas supra exposui, opus esse et

haud temere vulgatam loci scripturam me retinuisse existimo. Similiter nec comma post τέλος ponendum putavi cum Strothio.

EXCURSUS VI.

ad

Euseb. Histor. Eccles. V, 24.

(Tom. II. p. 115 sq.)

Recte reprehendi potest et est reprehensus a VV. DD. Valesius propterea, quod putavit Victorem non vere a *sua* communione exclusisse Asiaticos, sed illud tantum facere voluisse, male propterea, quod vocem πειρᾶται vertit *conatur*, ab ipso Danzio de Eus. Caes. p. 136. Cf. Massueti dissert. in Irenaei libros II. p. 74 n. 22. H. Benzelii dissert. de sectis eccles. orient. Sect. I. §. 8. in Syntagm. Diss. p. T. I. p. 241. Proxime, si quid video, ad veritatem accessit Moshemius in Commentt. de rebus Christ. a. C. M. p. 440. ita disputans: „*Loquitur is* (Eusebius) *nisi me omnia fallunt, de duplici Victoris consilio, quorum alterum meditabatur, alterum perficiebat. Volebat et conabatur ille Asiaticos ex universae ecclesiae communione eiicere, tanquam verae religionis corruptores: hoc propositum successu carebat. Reliqui enim antistites voluntati eius obsequi et exemplum imitari nolebant. Quod igitur poterat ipse invitis etiam reliquis episcopis, id faciebat, id est, Romanae ei, cui praeerat, ecclesiae communitate per literas Asiaticos eiiciebat.*" Haec Moshemius. Dixi autem eum proxime ad veritatem accessisse. Hoc enim bene vidit vir summus, πειρᾶται nihil esse posse nisi: „*conatur*," et Eusebium illis verbis: ἐπὶ τούτοις — κοινῆς ἑνώσεως πειρᾶται illud potius voluisse dicere, Victorem statuisse Asiaticos *ex universae ecclesiae communione* eiicere. Neque enim temere κοινῆς addidit Eusebius, cum simplex ἑνώσεως sufficeret, si Romanae ecclesiae communione tantum Victor arcere voluisse Asiaticos dicendus erat. Sed ut dicam quod sentio, lapsum puto ipsum Moshemium in eo quod putat Eusebium verbis καὶ στηλιτεύει — ἀδελφοὺς vel illud dicere, Victorem Asiaticos *Romanae ecclesiae* societate vere eiecisse. Hanc enim fuisse

Moshemii sententiam, non solum luculenter apparet ex iis quae commemoravi: „*Loquitur — eiiciebat*“ sed etiam inde, quod l. l. praeterea dicit: „*Sequentia, quibus* **Eusebius** *per litteras Victorem ait Asiaticos* **communione sua** *exclusisse*“ et p. 447. „*Hoc communi omnium episcoporum iure Victor utebatur, ceterasque ecclesias per litteras certiores faciebat, se Asiatisos ob pertinaciam in veteri more suo defendendo* **suae et Romanae ecclesiae** *communione exclusisse.*“ Verum enim vero ego puto, Eusebium verbis illis καὶ — ἀδελφοὺς aliud potius dicere, et tamen duplex quoddam Victoris consilium posse statui, neque Eusebium cum Socrate H. E. V, 22. et aliis pugnare. Illa enim verba ex mea sententia nihil aliud significare possunt, nisi hoc: „et datis litteris pronuntiat, ut omnes Asiae vicinarumque provinciarum ecclesiae *ex universae ecclesiae communione* eiiciantur.“ Hanc interpretationem si quid video, postulant verba praecedentia τῆς κοινῆς ἑνώσεως. Quodsi vocem ἀκοινωνήτους illud tantum significare voluisset Eusebius: „*ex Romanae ecclesiae* societate eiectas,“ debebat illud profecto accuratius indicare adiectis fere his: τῆς ἑαυτοῦ ἐκκλησίας vel similibus, quia praecedente τῆς κοινῆς ἑνώσεως et sequentibus per καὶ arctissime invicem connexis vix quisquam alio quam ad ipsam κοινῆς ἑνώσεως privationem verbum ἀκοινωνήτους potest referre. Eadem ratio est vocis quae postea legitur ἀποκόπτοι, et ex mea sententia non aliter potest accipi, nisi ita: „ut ne ex *universae ecclesiae* societate eiiciat.“ Verba autem ἀκοινωνήτους — ἀδελφοὺς respondent apprime praecedentibus τῆς Ἀσίας — πειρᾶται et sensus totius loci hic est: Victor Asiaticos conatur ab omnium earum ecclesiarum communione abstrahere, quae cum ipso de celebrando paschate consentiebant, et datis litteris omnes qui illic erant, Christianos ut eos qui omnium illarum ecclesiarum communione essent privandi, designat.“ Ita simul accuratius exposui illa verba, quae cum Moshemio usurpavi: „**universae ecclesiae**“ et non posse de tota ecclesia Christiana accipi, facile intelligitur. Similiter verissime monuit l. l. Moshemius, de *excommunicatione* quae dici solet, h. l. nihil plane legi, quod non solum catholici, ut Valesius, sed protestantes crediderunt. Imo Victor fratrum loco haberi Asiaticos a Romana et ceteris quae ipsi assentirentur, ecclesiis unice noluit, atque hoc ipsum et nihil aliud referre Eusebium vidimus, quem cum Socrate non pugnare per se iam intelligetur. Quid enim? Nonne iure nostro supplere possumus, quod disertius quidem non indicavit neque vero negavit Eusebius, Socrates autem tradidit, Victorem, qui Asiaticos omnium illarum ecclesiarum quae ipsius sententiam de celebratione paschatis probarent et reciperent, societate vellet eiici, cum hoc non posset perficere, sua certe communione indignos vere iudicasse, sua communione vere exclusisse Asiaticos? Et nonne ita recte potest du-

plex Victoris consilium in hac causa discerni? Itaque illud unum moneo, quae fuerit Strothii de h. l. sententia, non satis posse perspici. Vertit enim ille in: Uebersetzung des Eusebius T. I. p. 388. ita: „*Hierüber wollte der römische Bischoff Victor sogleich die Gemeinen in ganz Asien von der Kirchengemeinschaft ausschliessen, und drohte mit Heftigkeit in Briefen, dass er alle dortige Brüder für excommunicirte erklären wollte.*“ Et recte quidem Strothius πειρᾶται reddidit: „*wollte*,“ sed satis vagum est alterum, quod h. l. maximam vim habet: „*von der Kirchengemeinschaft ausschliessen*“ et: „*für excommunicirte erklären.*“ Neque enim inde apparet, de qua communione, utrum totius ecclesiae, an Romanae tantum, neque utrum fortasse de excommunicatione adeo cogitaverit et cogitari voluerit Strothius. Cf. Eiusd. not. 10. l. l.

EXCURSUS VII.

ad

Euseb. Histor. Eccles. V, 24.

(Tom. II. p. 118 sqq.)

Tractandum nobis sumpsimus in hoc excursu locum illum Irenaei ab Eusebio relatum et ut omnes VV. DD. confitentur, non solum vexatum et vexatissimum, sed fere desperatum et conclamatum. Ita Strothius in editione sua Graeca Eusebii p. 316. not. 48. „*Vexatissimus*, inquit, *locus, quem etiam aliorum codd. MSS. nondum inspectorum ope sanari, veramque eius lectionem ac distinctionem restitui posse dubito, quum sine dubio iam antiquissimis temporibus corruptus fuerit.*“ Et Zimmermannus ad h. l. monuit: „*Vexatissimum huncce locum intactum relinquo. Nec Edd., nec Codd. hucusque collati insignem lectionis varietatem suppeditant. —— Vulnus, nisi coniiciendo, vix sanabile videtur.*“ Verum enim vero equidem codicis Mazarinaei lectionem non solum cum Valesio et Zimmermanno in textu retinendam putavi, sed eam simul certe reliquis omnibus praeferendam esse existimo, quamvis nec Valesius nec Zimmermannus hoc existimarint. Ac primum quidem lectio Rufini, Nicephori, Savilii, Christophorsoni quam

iunctum idem esse diceretur quod συμμετρεῖν τί τινι vel εἴς τι vel πρός τι; sed hoc ipsum monet, ut de voce συμμετρεῖν quaedam adiiciam. Neque enim illam loco illo Irenaei eo modo dictam esse censeo quo sane frequentius dicitur, id est, ita ut conveniat nostro „etwas berechnen," quemadmodum dicimus „den Tag zu Stunden berechnen" i. e. diei tempus ex viginti quatuor horis constans ponere. Imo bene vidisse puto Strothium ad h. l. συμμετρεῖν ab Irenaeo ita potius dictum esse ut nihil fere differat a verbo simplici, unde ipse supra simplicem *numerandi* significationem illi verbo subieci. Strothius autem haec commentatus est: „*Ceterum verbum compositum significationi simplicis nihil fere addere, sed positum esse, quoniam ad utramque vocem ἡμερινὰς et νυκτερινὰς referratur, puto. Quum autem hoc ipsum verbum nonnihil difficultatis habeat, addere iuvat loca quaedam, quae neque in vulgatis lexicis, neque in Stephani thesauro inveniuntur, in quibus simili significatu obvium est. Herodotus Lib. IV. sect.* 158. *ait:* καὶ τὸν κάλλιστον τῶν χώρων ἵνα διεξιόντες οἱ Ἕλληνες μὴ ἴδοιεν, συμμετρησάμενοι τὴν ὥρην τῆς ἡμέρης νυκτὸς παρεξῆγον. *Dionysius Hal. Ant. Lib. VII. c.* 10. νυκτὶ μὲν εἰς ὄρθρον, ἡμέρᾳ δὲ εἰς νύκτα συμμετρεῖσθαι τὰς ἐφόδους *et de admir. vi dicendi in Demosth. c.* 10. ὁ ῥήτωρ τοὺς καιροὺς συμμετρεῖται." Sed si haec vera sunt, non video quomodo duplici accusativo quocum iungitur vocabulum συμμετρεῖν, tanto opere offendi potuerit ipse Strothius, ut propterea ipsam Rufini lectionem, quam tamen in textu exhibuit quaeque sane ob alias caussas iam allatas a nobis, vix retineri potest, reprobaret scribendo: „*Certe in nostra lectione neque geminum accusativum, neque* συμμετροῦσι *concoquere possum sed potius participium desidero.*" Restat vero alia difficultas qua premi videtur cod. Mazar. lectio et quae talis visa est ipsi Valesio, ut ob eam maxime locum depravatum esse iudicans pro τὴν ἡμέραν αὐτῶν legendum adeo conniiceret τὴν νηστείαν αὐτῶν his adnotatis: „*Miror tot homines eruditos qui hunc Irenaei locum in suis libris exposuerunt, eius vitium non animadvertisse. Quis enim est sensus horum verborum? aut quis unquam credat fuisse homines, qui quadraginta horarum spatio diem metirentur? Atqui quadraginta horae biduum ieiunantibus efficiunt.*" Similiter Steckius l. l. p. 46. „*Verum*, inquit, *nec Musculi et Valesii lectio, etsi melioribus codicibus freta, benigniore utitur fato: Qualis enim dies ille quadraginta horis diurnis ac nocturnis commensuratus?*" Verum enim vero primum non scripsit Irenaeus οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥραις ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, quod si scripsisset, verti posset cum Valesio: „*alii etiam quadraginta horis diurnis ac nocturnis computatis diem suum metiuntur*" i. e. diei tempus ex quadraginta horis constans ponunt. Deinde vel si legeretur οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥραις ἡμερινάς

καὶ νυκτερινᾶς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν, tamen illud quod di-
unt VV. DD., ex mea sententia inde minime sequeretur. Ac
rimum quidem monendum est, quod neglexerunt VALESIUS,
ECKIUS, alii, Irenaeum minime loqui de die in universum; sed
perte sigillatim de die, quo a quibusdam sit ieiunatum, ita ut
x praecedenti νηστεύειν supplendum sit vel ἣ νηστεύουσι vel τῆς
ηστείας. Quod ipsum intellexit tum KROHNIUS tum STROTHIUS,
le qui l. l., postquam scripsit: „*Posteriora verba sic verterem:
er horas diurnas atque nocturnas ad unum omnes emensi
unt (?) diem suum,*" statim addit: „*i. e. diem ieiunii,*"
ic qui vertit: „*andre messen den Tag der Fasten nach 40
Stunden ab.*" Quamquam non minus concedendum puto et fa-
endum, vel sic nondum remotam esse illam, quam adversarii
nvenisse sibi visi sunt, difficultatem, neque nos iuvari nota illa
quam ad interpretationem suam adscripsit STROTH. deutsche
Uebersetzung der KG. des Euseb. Tom. I. p. 398. „*Das ist, sie
verlängern den Fasttag und lassen ihn 40 Stunden lang, Tag
und Nacht dauern.*" Nam facile, credo, intelligitur, adhuc re-
manere absurdam illam et ineptam sententiam, fuisse homines,
qui diem quo scilicet ieiunarent, ex quadraginta horis constantem
sumerent. Neque quidquam effici videtur iis quae in hac causa
scripsit eandem quam nos, lectionem tenens ITTIGIUS de haere-
siarchis primi et secundi seculi p. 229. „*Verum praeferenda videtur
lectio quae sublata distinctione inter voces* τεσσ. *et* ὥρας *non quadra-
ginta dierum sed quadraginta horarum ieiunium asserit.* —— *Dicit
igitur* (Irenaeus) *quosdam uno die ieiunasse, usque ad seram
vesperam ab omni cibo et potu abstinendo, alios duobus, alios
pluribus diebus, quosdam autem quadraginta horas ieiunio de-
stinasse* (quo verbo *destinandi* liberius etiam quam nos verbo
numerandi, usus est ITTIGIUS ad exprimendum illud συμμετρεῖν),
*ita ut ad solis occasum nondum cibum sumerent sed horas etiam
nocturnas ieiuni transigerent, donec quadraginta horae absolve-
rentur, respondentes circiter tempori, quo sponsus coelestis abla-
tus fuerit.*" Namque illis „*quosdam autem — — fuerit*"
scidisse magis quam solvisse apparet ITTIGIUM nodum illum
qui inest in verbis συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν. Adde MASSUE-
TUM diss. in Irenaei libros II. p. 75. „Alii vero quibus nullam
distinctionis notam inter τεσσαράκοντα et ὥρας reponere placet, et
ἡμέραν retinent, diem illum 40. horarum interpretantur de tem-
pore, quod effluxit a morte Christi usque ad eius resurrectionem,
(id est, ab hora tertia post meridiem Parasceues, usque ad ho-
ram circiter sextam Dominicae sequentis) quod ἄσιτοι ducebant
plures, nihil quidquam cibi aut potus degustantes. Sed alii tum
lectioni, tum explicationi merito repugnant. Dies enim 40. ho-
rarum quoquo modo explicetur, portentum est in tota antiqui-
tate Ecclesiastica inauditum, cuius nec vola, nec vestigium apud

omnes retro auctores occurrit, eos etiam quibus familiarior fuit vel Eusebius, vel Irenaeus: nullique homini, si sanus fuerit, in mentem usquam venire potuit diem suum ex 40. horis conficere. Sed fac Irenaei aetate aliqui exstiterint, qui privatam sibi, et a communi omnium hominum et gentium usu alienam temporum rationem sibi constituentes, diem suum ita commetiti fuerint, ut (?) quid addidit Irenaeus eos diurnas pariter ac nocturnas horas computasse? Puerile istud et insulsum prorsus. Quasi vero dies aliqua 40. horis constare posset, quia nocturnae pariter ac diurnae computarentur? Deinde si, ut quidam volunt, Christiani aliqui fuerint, qui novissimas dumtaxat 40. horas, quae Christi resurrectionem immediate praecesserunt, ἄσιτοι duxerint; necesse est diei Parasceues, qua crucifixus est Dominus, ieiunium non ante ipsum crucifixionis tempus inchoasse. Id vero Tertulliano repugnat, qui in fine libri de Oratione, quem adhuc Catholicus scripsit, diserte asserit, *die Paschae*, quo nomine Crucifixionis diem, fatentibus omnibus, intelligit, *quasi publicam ieiunii religionem esse.* An vero ea die publica ieiunii religio fuisset, si hora tantum tertia post meridiem ieiunium aliqui inchoassent, reliqua autem diei parte epulis indulgere liberum sibi putassent? Nullos certe reperias ex iis qui a Quartodecimanorum disciplina discedebant qui ieiunium ea die solvere ante solis occasum fas sibi esse crederent." — Itaque iam dicendum erit, quomodo neque ea quam supra simpliciter sumpsimus, loci Irenaei lectio οἱ δὲ τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν neque ea quam nos certe reliquis omnibus veriorem putamus, scriptura illam difficultatem afferat, quam removeri posse desperarunt VV. DD. Aberit autem illa plane, ut mihi quidem videtur, si rectius interpretemur vocem ἡμέραν. Neque enim proprie sed improprie Irenaeus illam secundo quidem loco usurpasse censendus est, ita ut minime cogitandum sit de die sed de tempore, similiter atque in epistola ad Hebr. IV, 7. πάλιν τινὰ ὁρίζει ἡμέραν et v. 8. περὶ ἄλλης — ἡμέρας. Cf. v. 7. μετὰ τοσοῦτον χρόνον. Adde Hebr. V, 7. ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς σαρκὸς αὐτοῦ. Euseb. H. E. X, 4 p. 214. init. Georgi vindic. N. T. ab Ebraismis p. 59 sqq. Pfochen. diatribe de stylo N. T. n. LI. Fischer. de vitiis Lexx. N. T. p. 424. Kuinoel. Commentar. ad Matth. II, 1 p. 19. ed. III. cf. Wahl. Clav. N. T. T. I. p. 702. ed. II. Iam sive ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς sive ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς nobiscum scribendum duxeris, absurdi quidquam in Irenaei loco vix deprehendes. Aut enim Irenaeus dicit, fuisse etiam, qui *temporis* quo ieiunarent, spatium ex quadraginta horis constans ponerent, aut qui horas quadraginta tanquam tempus quo ipsi ieiunarent, numerarent. Atque hanc ipsam loci interpretandi rationem nescio an odoratus sit ipse Valesius coniiciendo pro τὴν ἡμέραν αὐτῶν legendum esse τὴν νηστείαν αὐτῶν, quod

um illa voce ἡμέρας impropric accepta mira convenit et aptius tiam profecto usurpasset Irenaeus. Quamquam cur ἡμέρας vocaulo uti ille maluerit, non minus apparere puto. Ludere enim robabiliter Irenaeus voluit ipse illo vocabulo ἡμέρας, quod priori oco positum (οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, ἱ δὲ δύο, οἱ δὲ καὶ πλείονας) proprio sensu dictum esset, sed ecundo (τὴν ἡμέραν αὐτῶν) improprio. Ac similiter et recte am Grabius ἡμέραν secundo loco positum de tempore interpretaus est, sed in eo aperte lapsus, quod vel verba τῆς ἡμέρας de empore ieiunii, non de die illius explicari voluit. Ita enim V. D. disserit (vid. Iren. Tom. II. p. 363 ed. Massuet.): „Imo vero pse Irenaeus in primo huius fragmenti versu, οὐ γὰρ μόνον περὶ τῆς ἡμέρας, etc. per ἡμέραν *tempus*, et quidem ieiunii, intellexit, non diem Paschalem, uti omnes adhuc acceperunt. Hanc enim indigitaturus, non simpliciter ἡμέραν, sed cum addito τοῦ πάσχα dixisset (Irenaeus); aut si in paullo praecedentibus eius facta fuisset mentio, ταύτης τῆς ἡμέρας scripsisset. Neque sequentibus hic sensus bene congruit, utpote in quibus ea, quae circa dies ieiunii erat, differentia exponitur: quae sane non ad diversa εἴδη τῆς νηστείας, sed ad ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς ἡμέρας omnino referenda est. Vocem igitur νηστείας in priori quoque istius periodi commate subintelligens, περὶ τῆς ἡμέρας *de die*, id est, *de tempore ieiunii* accipio; ita ut sensus istorum Irenaei verborum siti *non de tempore solum, sed et diversis modis ieiunandi ante Pascha, perinde ac circa ipsam Paschalem festivitatem (?), controversiam sive dubitationem in Ecclesia ortam fuisse.*" Atque his convenire dicit Grabius optime locum Socrat. H. E. V, 22. Ἐστὶ δὲ εὑρεῖν οὐ μόνον περὶ τὸν ἀριθμὸν τῶν ἡμερῶν διαφωνοῦντας, ἀλλὰ καὶ τὴν ἀποχὴν τῶν ἐδεσμάτων οὐχ ὁμοίαν ποιουμένους. Qualem differentiam Irenaeum quoque in media parte huius fragmenti, quae interciderit, exposuisse videri. Sed, ut taceam quod contra Grabii opinionem recte monuit Massuetus dissert. in Irenaei libros II. p. 76 n. 24., illa verba περὶ τῆς ἡμέρας ita ut Grabius voluit, vix posse explicari propterea quod certissimum est in verbis: οἱ μὲν γὰρ οἴονται μίαν ἡμέραν δεῖν αὐτοὺς νηστεύειν, οἱ δὲ δύο (sc. ἡμέρας), οἱ δὲ πλείονας (sc. ἡμέρας), vocem ἡμέρα non de alio, quam de 24 horarum spatio dictam esse, ideoque Irenaeus in una eademque voce ἡμέρα primum a communi significatione recessisse, deinde ad eandem consuetam illius vim rediisse et denique in ultimo ἡμέραν iterum ad impropriam ineptissime transiisse credendus est, illam interpretationem verborum περὶ τῆς ἡμέρας plane conficit praeterea verborum collocatio. Quodsi verba περὶ τοῦ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας, ut apud Socratem, interpretanda essent de variis ciborum generibus a quibus abstinuerent homines in ieiunando et sequentia οἱ μὲν γὰρ οἴονται etc. ad ἀμφισβήτησιν περὶ τῆς ἡμέρας omnino pertinerent, patet Irenaeum ita potius de-

buisse scriberet: *οὐ γὰρ περὶ τοῦ εἴδους μόνον τῆς νηστείας, ἀλλὰ καὶ περὶ τῆς ἡμέρας (τῆς νηστείας) ἐστιν ἡ ἀμφισβήτησις· οἱ μὲν γὰρ οἴονται κ. λ.* Nunc vero illa *περὶ τῆς ἡμέρας* aperte ad nihil spectare possunt et spectant nisi ad diem paschalem (cf. verba praecedentia *παρίσταται μὲν τὸ δεῖν ἐν μόνῃ τῇ τῆς κυριακῆς ἡμέρᾳ* et Valesius ad Euseb. H. E. V, 24 not. 14.), ab aliis aliter constitutum et verba *περὶ εἴδους αὐτοῦ τῆς νηστείας* ad diversitatem temporis ieiunii antepaschalis, cum alii per unum diem, alii per plures ieiunarent. Quod denique contendit Grabius vel *τοῦ πάσχα* ad *τῆς ἡμέρας* addi vel certe *ταύτης τῆς ἡμέρας* ab Irenaeo scribi debuisse, si *ἡμέρα* ibi de die dictum esset, illud cum *τῆς ἡμέρας* satis accurate Irenaeus scripserit, semet ipsum refutat. Iam vero quamvis haec ita sint, tamen verba *τὴν ἡμέραν αὐτῶν* eo modo quo iam Grabius voluit, ab Irenaeo dici potuisse, hoc nec Massuetus, credo, negaret, qui vero in similem quem Grabius, errorem incidit, l. l. p. 76 n. 26. contendens ab Irenaeo de ieiuniorum numero minime sermonem instituti, neque ab eo tradi alios uno die, alios duobus ieiunandum sibi existimasse. Sed hoc recte dixit V. D., minime significare Irenaeum de ipso ieiunio quosdam dubitasse, utrum servandum nec ne, et recte idem scripsit: „*Longe minus disceptari potuit de ieiunio quod vocant ὑπερθέσεως, seu superpositionis* (ad quod Irenaei verba perperam detorquent Valesius et Grabius), *quod qui servarent, ne vespera quidem cibum caperent, seu penitus abstinerent, sive una, sive pluribus diebus, usque ad terminum ieiunii, Paschale scilicet mane, quod a galli cantu incipit. Ea enim ieiunii species, ut a veteribus commendata, et a piis plerisque servata, nulla tamen ecclesiastica lege aut consuetudine, quae vim legis haberet, sancita fuit, sed uniuscuiusque arbitrio ac pietati, ut par erat, permissa, adeo ut absurdum sit, pace virorum doctissimorum dixerim, controversiam de ea re inter ecclesias fingere.*“ Iam vero his disputatis ostendisse mihi videor, minime ex nostra loci lectione homines fuisse Irenaeum dicere, qui nescientes diem constare ex horis viginti quatuor, eundem ex horis potius quadraginta constantem sumerent, neque aliud quidquam nisi quod in Irenaei loco invenimus, significare videtur *σύνοψις τῆν εὐαγγελικῆς ἱστορίας* verbis: *ὥραν ἀντὶ ἡμέρας νηστεύοντες* i. e. singulas horas ita ieiunantes ut has horas sibi constituant tempus ieiunandi. Sed addendum nunc, quo praeterea commendetur cod. Mazar. lectio. Ut enim taceam, summam esse illius codicis auctoritatem, cum in interpunctione quae qualis esse debeat, hoc loco maxime quaeritur, libris satis exigua sit auctoritas (vid. Massuetus l. l. p. 76 n. 25.), tamen reliquorum codd. Reg. Med. Fuk. scripturas ad illius proxime accedere intelligitur. Quod vero ad eam lectionem pertinet, quam exhibent Grut. Cast. Ion., *οἱ δὲ, τεσσαράκοντα ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς αἷς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν αὐτῶν*, quamque vidi qrobari Gieselero

Lehrbuch der Kirchengeschichte T. I. p. 147. (an in editione secunda libri sui, quae nuperrime prodiit, aliam lectionem GIESELERUS exhibuerit, nescio), eam quidem nec ipse repudiarem nisi longe difficilior esset nostra lectio neque illud *αἷς* adsutum videri deberet ab librariis qui non concoquerent duplicem accusativum verbo *συμμετρεῖν* adiunctum, quo alios VV. DD. offensos esse supra vidimus. Itaque ut lectionem Grut. Cast. Ion. praeferam, non magis moveri possum, quam ut spernam cod. Mazar. scripturam, ea impellunt quae praeter alia ad SROTHIUM scripsit KROHNIUS l. l. „*Post τεσσαράκοντα colon ponendum puto; ex quo me* RUFINI *distinctionem sequi vides. — — Distinctionem autem illam ipse loquendi usus postulare videtur. Quoties periodus quaedam inchoatur verbis οἱ μὲν, ita ut nullis intervenientibus sequatur verbum finitum, cum his quae ad efficiendam eius sententiam pertinent, ac deinde saepius οἱ δὲ sine quodam verbo finito sequitur, tum semper ad singula οἱ μὲν repetendum est ἀπὸ τοῦ κοινοῦ illud verbum quod ad οἱ μὲν pertinet. Accedit quod hoc loco singulis membris adiectus est numerus quidam dierum, ita ut eximia adsit membrorum convenientia.*" Quamvis enim vera essent quae de *οἱ μὲν*, *οἱ δὲ* V. D. attulit, tamen neque in Irenaeo exquisita eiusmodi orationis concinnitas recte semper quaeratur et Rufini lectio reliquis quibus ea premitur, difficultatibus haud liberatur. Ipse enim KROHNIUS statim addit: „*Scio equidem exinde aliquam difficultatem quaeri, quod sic iam* IRENAEI *tempore ieiunium quadragesimale fuisset, cuius rei alias nulla in III. prioribus saeculis apparerent vestigia.*" Cf. PLANCK. Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung Tom. I. p. 462 not. 14. His ita disputatis illud certe effecisse mihi videor, lectionem cod. Mazarinaei adhuc certe, dum alii codices nondum excussi meliora suppeditent, reliquis lectionibus omnibus quae praeterea innotuerunt, esse praeferendam ideoque haud temere a nobis in textu retentam.

Sed adiicere denique placet eas quas de loco nostro in medium attulit coniecturas STROTHIUS, quamvis nullam earum in locum vel cod. Mazar. lectionis vel reliquarum lectionum substituendam putem satis illas partim a vulgata scriptura recedentes partim iisdem qua Rufini scriptura, difficultatibus pressas. Coniecit autem STROTHIUS legendum esse vel: *οἱ δὲ τεσσαράκοντα· καθ᾽ ὥρας ἡμερινάς τε καὶ νυκτερινὰς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν* vel: *οἱ δὲ τεσσαράκοντα· ὥραις ἡμεριναῖς τε καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦντες τὴν ἡμέραν* vel etiam: *οἱ δὲ καὶ πλείονας. καὶ οἱ μὲν ὥραις ἡμεριναῖς, οἱ δὲ καὶ νυκτεριναῖς συμμετροῦσι τὴν ἡμέραν.* Praeterea ad hanc posteriorem coniecturam tuendam et commendandam V. D. haec adiecit: „*Ac ne forte alicui haec emendatio nimis violenta videatur, notandum est, τεσσάρακοντα, quod unico charactere μ'. scri-*

bebatur, cum μὲν compendiose scripto facillime permutari posse. Atque cum in hac particula semel principium corruptionis factum esset, caetera etiam mutari necesse erat. Quum enim accusativi praecessissent, atque μ' seu τεσσαράκοντα ad sequentes traheretur voces, et in iis accusativus pro dativo ponebatur." Sed haec de hoc difficillimo loco disputata sunto, cuius tenebras quicunque melius quam nos, poterit dispellere, ei lampada lubentes facilesque tradamus.

EXCURSUS VIII.

ad

Euseb. Histor. Eccles. V, 28.

(Tom. II. p. 141.)

De voce καπηλεύειν multi multa. Quid vero καπηλεύοντες sit nostro loco, ex totius orationis contextu et adiectis τὴν ἁπλῆν πίστιν, satis, credo, potest intelligi. Recte vertit in rei summa Valesius: *Simplicissimam divinarum scripturarum fidem adulterant* i. e. additamentis insititiis depravant, dialecticas suas disserendi subtilitates et quasi quasdam spinas simplici doctrinae in libris sacris comprehensae admiscentes et veluti inserentes. Πίστις enim priori loco haud dubie sensu, ut aiunt, obiectivo de ipsa doctrina evangelica dictum est, contra πίστις altero loco subiectivo. Cf. Irenaeus adv. haeres. IV, 26. Tom. I. p. 263. ed. Massuet. Sed ut planius expediam locutionem καπηλεύειν τὶ, descendit illa vox, ut constat, a verbo κάπηλος, quod cum proprie significet lixam (cf. Nicol. Dam. de vita sua p. 18. ed. Orell.), deinde dicitur de institore pusillo seu propola, qui merces suas emit ab ἐμπόρῳ mercaturam longe maiorem exercente, externam adeo et maritimam. Vid. Plat. de republ. II. p. 371. ἢ οὐ καπήλους καλοῦμεν τοὺς πρὸς ὠνήν τε καὶ πρᾶσιν διακονοῦντας, τοὺς δὲ πλανήτας ἐπὶ τὰς πόλεις ἐμπόρους; Hesiod. Opp. et D. II, 264. Porphyr. Quaestion. Homer. 1. Hemsterhuis. ad Aristoph. Plut. v. 1157. Spanhem. ad Iulian. orat. I. p. 141 — 143. cf. p. 138. Xenoph. memorr. III, 7, 6. ubi οἱ ἐν τῇ ἀγορᾷ μεταβαλλόμενοι iidem qui κάπηλοι. Beck. ad Aristoph. Av. v. 1292. Iam cum propolae non multum lucrari possint negotiando, quia maior quaestus pars non potest non redundare ad

eos, qui merces haud emunt per multas iam traditas manus, verum mercantes a mercatoribus a prima, ut aiunt, manu eas accipiunt, et cum ob hanc ipsam caussam turpis lucri cupidior esse soleat tota illa propolarum natio, nisi admodum mentiantur, nihil proficientium (vid. Cicer. de offic. I, 42 in. Themist. orat. XXIII. p. 299. Aristot. ethic. IV, 1.), inde κάπηλοι vocantur ii quoque, qui fraudulenter merces quaestus colligendi causa adulterant et maxime qui vinum illo consilio depravant; οἱ τοὺς οἴνους μιγνύντες τοῖς νέοις καὶ τοὺς τοιούτους ὡς παλαιοὺς πιπράσκοντες, ut loquitur Scholiast. ad Aristoph. Plut. v. 435. cf. Euripid. Hippolyt. v. 952 sq. δι' ἀψύχου βορᾶς κάπηλευ'. Atque inde καπηλεύειν τὶ dicuntur ii, qui rem qualemcunque eximiam, praestantem, egregiam quacunque de causa, maxime vero propter quaestum defoedant ac nativa sua vi et dignitate privant et spoliant. Ita legitur illud apud Philostrat. vit. Apollon. I, 14. κἀκεῖνον ὑπὲρ χρημάτων αὐτῷ προσιόντα ἐπέσκωπτεν οὗτος καὶ ἀπῆγε τοῦ χρηματίζεσθαί τε καὶ τὴν φιλοσοφίαν καπηλεύειν. Nicol. Damasc. p. 4. ed. ORELL. οὗτος μὲν οὐδενὶ ἔστιν ὅτῳ τῶν παιδευμάτων πρὸς ἀργυρισμὸν ἐχρήσατο οὐδὲ ἐκαπήλευσεν. Herodot. III, 39. Cf. Cicer. de offic. I, 12. Nec *cauponantes bellum*, sed *belligerantes* i. e. nec ipsam belli vim ac naturam eo quod lucri causa geritur, pervertentes, sed bellum, ut decet et par est ac quale esse debet, gerentes. Cic. Verr. I, 64. qui ab isto *ius* ad utilitatem suam *nundinarentur*. Sueton. Titus c. VII. Hinc ad Sophistas transferri vox coepta est quaestus causa philosophantes eoque ipso philosophiam depravantes. Vid. HEMSTERHUIS. ad Lucian. Nigrin. Tom. I. p. 267. VALCKEN. in annotatt. critt. ad N. T. p. 409 sqq. HEINDORF. ad Plat. Gorg. p. 244. cf. Pollux. I, 50. III, 124. IV, 48. VI, 128. VII, 8. 193. IX, 34. 36. 143. TOUP. in Suid. III. p. 189. ALBERTI ad Hesych. MONK. ad Eurip. Hippol. v. 956. SCHLEUSNER. Lex. N. T. h. v. BLOMFIELD. Glossarium in Aeschyl. Sept. contra Theb. p. 140. ad v. 541. affixum editioni fabulae a V. D. curatae. Sed nullo modo semper solus quaestus tanquam prima et potissima causa eorum qui aliquid καπηλεύειν seu adulterare dicuntur, cogitandus est, imo quaecunque alia res, ut superius dixi, tanquam ad illud movens et impellens proponi potest et proponitur. Ita ipso nostro loco Artemonitae dicuntur τὴν ἁπλῆν τῶν θείων γραφῶν πίστιν καπηλεύειν minime flagrantes vehementiori quadam auri cupiditate imo altioris cuiusdam sed insipientis sapientiae, ut ait ille, siti ardentes. Haec si non tanquam sola, certe prima causa cogitanda est, ut totius loci contextus ostendit. Eodem modo 2 Cor. II, 17. in verbis καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ θεοῦ minime de sacra auri fame, certe non primum cogitandum puto, quae est opinio Hesychii et Theophylacti (cf. SUICER. Thes. T. II. p. 42.), imo cum opponatur ὡς ἐξ εἰλικρινείας, ὡς ἐκ θεοῦ, κατενώπιον τοῦ θεοῦ, ἐν Χριστῷ λαλοῦμεν, significat Paulus hoc, se doctrinam divinam non adulte-

rare, nativam et praestantem eius indolem non deturpare, minime docentem illam propter animi *ὑπόκρισιν*, qua illius doctrinae veritatem intimo pectore haud persentiscat, minime suae mentis impetu et inspectantibus hominibus eorumque auctoritate, sed animo plane candido et sincero; sed divinitus incitato, sed teste deo, sed auctoritate Christi. Cf. 2 Cor. IV, 2., ubi legitur *δολοῦντες τὸν λόγον* pro *καπηλεύειν τὸν λ.* Neque aliter apud Eus. H. E. VI, 19. Origenes dicitur a Porphyrio *καπηλεῦσαι τὴν ἐν λόγοις ἕξιν*, cuius rei causam in eo tantum quaeri haud dubie voluit Porphyrius, quod Origenes neque philosophiae neque religioni Christianae vale dicere sed doctrinam ex utraque quasi conflatam et commixtam tenere. Ita igitur mihi multiplices verborum *κάπηλος* et *καπηλεύειν* significatus rectius quam vulgo fit, constituendae ac describendae videntur. Cf. Passow. s. v. *καπηλεύειν*. Porro loci ad vim illarum vocum rite aestimandam praeter eos quos superius laudavi, satis insignes sunt hi: Plutarch. de audiendd. poëtt. p. 80. ed. Krebs. II. *ἢ κυβεύεις, ἢ ὀρτυγοκοπεῖς, ἢ καπηλεύεις, ἢ τοκογλυφεῖς, μηδὲν μέγα φρονῶν μηδὲ ἄξιον τῆς εὐγενείας.* Plut. Brutus c. XI. *τοὺς ὑφάντας καὶ τοὺς καπήλους, οὐχὶ τοὺς πρώτους καὶ κρατιστούς.* Lysander c. XIII. *Ἀλλὰ καὶ ὁ κωμικὸς Θεόπομπος ἔοικε ληρεῖν ἀπεικάζων τοὺς Λακεδαιμονίους ταῖς καπηλίσιν, ὅτι τοὺς Ἕλληνας ἥδιστον ποτὸν τῆς ἐλευθερίας γεύσαντες ὄξος ἐνέχεαν· εὐθὺς γὰρ ἦν τὸ γεῦμα δυσχερὲς καὶ πικρὸν, κ. λ.* Herodian. VI, 7, 22. Tom. III. p. 483. ed. Irmisch. *τὴν εἰρήνην ἀεὶ πρὸς Ῥωμαίους χρυσοῦ καπηλεύοντες.* Antholog. Graec. in epigram. Pallados Tom. III. p. 130. ed. Iacobs. *τύχη καπηλεύουσα πάντα τὸν βίον.* Iulian. epist. XLII. p. 422. ed. Spanhem. *εἰ δὲ ἐν τοῖς μεγίστοις ἄλλο μὲν φρονοίη τις, ἐπ' ἐναντίον δὲ ὧν φρονεῖ διδάσκοι, πῶς οὐ τοῦτ' ἐκεῖνο καπήλων ἔστιν, οὔ τι χρηστῶν, ἀλλὰ παμπονήρων βίος ἀνθρώπων; οἳ μάλιστα παιδεύουσιν, ἃ μάλιστα φαῦλα νομίζουσιν, ἐξαπατῶντες καὶ δελεάζοντες τοῖς ἐπαίνοις, εἰς οὓς μετατιθέναι τὰ σφέτερα ἐθέλουσιν, οἶμαι, κακά.'* Adde Scholiast. ad Homer. Odyss. II, 46 sq. *Οἱ μὲν ἀρχαῖοι τὴν βασίλειαν ἐμέριζον εἰς τρία ἐπίθετα. Τὸν μὲν πρᾶον βασιλέα ὠνόμαζον πατέρα, τὸν ἀπηνῆ καὶ θυμώδη δεσπότην, τὸν φειδωλὸν καὶ φιλόχρυσον κάπηλον.* Davisium ad Maxim. Tyr. dissertt. IV, 5 p. 56 sq. ed. Reiske. Cf. Neander. Denkwürdigkeiten aus der Geschichte des Christenthums T. I. p. 375.

EXCURSUS IX.

ad

Euseb. Histor. Eccles. VII, 7.

(Tom. II. p. 310.)

Ne nunc quidem conveniunt inter sese VV. DD. de fonte unde duxerint patres ecclesiastici illud praeceptum, quo saepenumero usi sunt: Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται. Ita PAULUS Commentar über das N. T. Tom. III. p. 75. * ed. II. ad Luc. XIX, 23. ex hoc ipso v. 23. διὰ τί οὐκ ἔδωκας τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τὴν τράπεζαν (coll. Mtth. XXV, 27. ἔδει οὖν σε βαλεῖν τὸ ἀργύριόν μου τοῖς τραπεζίταις) natam ratus illam sententiam, haec scripsit: „*Wahrscheinlich entstand aus dieser Aufforderung Jesu jenes von den KVV. oft angeführte, den Sinn dieses Textes umschreibende: γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται*" *etc.* Atque huic ipsi sententiae prima specie favere videntur omnes ii patres, qui disertis verbis ad Iesum illud, dictum referunt et quos laudat FABRICIUS cod. apocryph. N. T. Tom. I. p. 330 sqq. coll. Tom. III. p. 524. ac SUICER. Thesaur. eccles. Tom. II. p. 1281 sq., cuius opinio a PAULI revera non est diversa. SUICERUS enim l. l. p. 1283. „*Nos*, inquit, *opinamur, patres illam sententiam e Christi parabolis collegisse et hausisse. Nota est omnibus parabola illa de talentis, quam Matthaeus cap. XXV. et Lucas capite XIX. referunt.*" Cf. Eiusd. observv. sacrr. p. 143 sqq. F. CROIUS observv. in N. T. c. XXVIII. p. 213. Contra ad USSERII sententiam praeter VALESIUM et HUETIUM ad Origen. p. 114 sq. et SALMASIUM de foenore trapezit. p. 809. propius accedere videtur FABRICIUS l. l.

Sed equidem ab omnibus illis VV. DD. mihi discedendum esse videri fateor. Ut enim USSERII sententiam reiiciam, non solum illud movet, quod ex apocrypho libro patres hausisse suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, non recte sumi posse censeo, cum certe facilius aut ex Matthaei et Lucae evangelio aut ex epistola Pauli ad Thessalonicenses illud possit duci, sed etiam eo moveor, quod nemo ex patribus, quantum scio, vel levissime hoc signifi-

cavit, ex apocrypho scripto illud dictum habere originem. Neque enim video, quomodo Suicer. l. l. p. 1282. eos qui illud defendant, suo suffragio haud destitui putare potuerit propter loca cuiusmodi haec sunt: Origen. Tom. XIX. in evangel. Iohann., Hieronymi epistola ad Minervium et Alexandrum, Ioh. Cassian. prim. patrum collat. cap. XX. p. 186. collat. II. c. 9 p. 197., Epiphan. haer. XLIV. p. 167., Caesarii quaest. ult. p. 204., quae quidem ad unum omnia, a Christo potius patres repetiisse illud dictum ostendunt, ex libro apocrypho hausisse minime probant, nisi ita velimus concludere: Patres ecclesiastici dictum illud *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* Christum (et Paulum) protulisse affirmant, atqui in evangeliis canonicis (et epistolis Pauli) illud ipsum minime legitur, ergo ex libro apocrypho potius patres hauserunt. Antea enim ostendendum haud dubie est, nullo modo posse intelligi, quomodo, si nihil aliud sequerentur patres ecclesiastici nisi quae in evangeliis canonicis de Christo (vel in epistolis Paulinis de Paulo) referuntur, Christo (vel Paulo) illam sententiam tribuere potuerint et tum demum si illud intelligi plane nequeat, ex alio fonte patres hausisse, poterit esse probabile. Nihilominus ea qua dixi, ratione tum Suicerus l. l. tum Valesius ad Euseb. H. E. VII, 7 not. 3 p. 310. conclusisse videntur, certe nisi hoc sumam, quid sibi velit Valesii: „*Quare*" l. l., non video. Cf. Valesius ad Socrat. H. E. III, 16. „*Quo in loco id praeceptum Christi* (*γίνεσθε δ. τ.*) *legatur, — incertum est. Nam in evangeliis hoc praeceptum non legitur. Sed cum Origenes et Hieronymus istud a Christo mandatum esse consentiant, et ab Apostolo postea inculcatum, assentior Iacobo Usserio, qui dictum illud Christi, in Evangelio secundum Hebraeos relatum fuisse existimet.*" Neque si hoc cum aliis VV. DD. Kestner. de Eus. p. 46. statuit, eius opinio ullo modo firmatur locis quae ipse laudavit in ipso fere libri sui limine, Socrat. H. E. III, 16. et scriptoris vitae Syncleticae apud Coteler. monumentt. ecclesiae Graecae Tom. I. p. 269. Socrates enim Christi et Pauli esse illud dictum affirmat, quod quomodo affirmare ille potuerit, inferius sigillatim videbimus, et scriptor vitae Syncleticae ut alii, ad Christum refert verbis: *Νήστευε μετὰ λόγου καὶ ἀκριβείας. Ὅρα μὴ ὁ ἐχθρὸς ὑπεισέλθῃ τῇ ἐμπορίᾳ σου τῆς νηστείας* (Cave ne Inimicus [i. e. diabolus] tuam subeat ieiunii negotiationem, interprete Cotelerio). *Καὶ τάχα οἶμαι, περὶ τούτου τὸν σωτῆρα εἰρηκέναι, τὸ Γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται· τουτέστι τὸ βασιλικὸν χάραγμα* (monetae impressionem, Cotelerio interprete) *ἀκριβῶς γινώσκετε· εἰσι γὰρ καὶ παραχαράγματα· καὶ ἡ μὲν τοῦ χρυσίου φύσις ἡ αὐτὴ, διαφέρει δὲ τῷ χαράγματι. Ὁ μὲν οὖν χρυσός ἐστιν, ἡ νηστεία, ἡ ἐγκράτεια, ἡ ἐλεημοσύνη. Ἀλλὰ καὶ Ἑλλήνων παῖδες τὴν τυραννικὴν ἑαυτῶν εἰκόνα τούτοις ἐντίθενται, καὶ αἱρετικοὶ δὲ πάντες διὰ τούτων σεμνύνονται. Ὁρᾶν δὲ δεῖ τούτους καὶ ἀποφεύγειν ὡς παραχάρακτας.*

Βλέπε μὴ ἀγυμνάστως περιπεσὼν αὐτοῖς, ζημιωθῇς. Δέχου οὖν μετὰ ἀσφαλείας τὸν τοῦ κυρίου σταυρὸν ἐντετυπωμένον ταῖς ἀρεταῖς· τουτέστι, πίστιν ὀρθὴν μετὰ σεμνῶν πράξεων. Iam vero neque iis assentiendum duco, qui patres sententiam illam vel ex solis evangeliis vel ex sola epistola Pauli ad Thessalonicenses hausisse putant, contra equidem illos dictum hoc de quo agimus, tum a Christo tum a Paulo repetiisse censeo. Atque huius mei iudicii causam non solum illam habeo, quod ipsi patres tum Christo tum Paulo suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται adscribunt, sed etiam eo illud satis stabiliri puto, quod quomodo patres illud dictum cum eo quem ei subiecerunt, sensu tum tanquam Christi ex evangelio tum tanquam Pauli ex eius ad Thessalonicenses epistola ducere potuerint, haud difficilius intelligitur. Quodsi quid *potissimum* significare voluerint, quicunque usi sunt illo dicto, patres ecclesiastici, quaesiveris, nihil aliud eos voluisse invenies nisi fere hoc: „*Curate ut tanquam probati et spectati trapezitae, formam et pondus pecuniae quam vel alii iis occupant vel ipsi aliis nummis commutant, accuratissime explorantes* (cf. Salmas. de foen. trapez. p. 562 sq. de usuris p. 632. Paul. l. l. p. 169.), *vos quoque omnes qui vobis proponuntur et offeruntur, sermones et sententias* (unde Dionysius apud Eusebium *ad disquisitiones criticas* retulit illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται) *sollicite et diligenter exploretis et examinetis, aurificis quasi quadam statera ponderetis, omne* παράσημον νόμισμα *reiicientis.*“ Vide Suicer. l. l., ubi certe plerique patrum loci laudati sunt, quos nolo exscribere. Iam vero illa ipsa quam paucis adumbravimus, sententia quomodo, ut hoc prius persequamur, Paulo tribuere et a Paulo repetere potuerint patres, satis in promptu sit. Cum enim apostolus in illa ad Thessalonicenses epistola πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχειν velit Christianos, hoc ipsum Pauli praeceptum quamvis *verbis* maxime discrepet, sensu tamen non ita differt ab illo γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, ut quomodo multi ex patribus tanquam Pauli illud proponere et a Paulo ducere potuerint, mirum videri possit ei, qui qua libertate patres hoc in genere versari soleant, vel obiter cognoverit. Vid. Suicer. l. l. p. 1283.: „*certissimum, Patres in citandis scripturae locis magna nonnunquam usos esse licentia, vel, ut molliori verbo utar, libertate. Hinc saepe voces quae idem sonant, substituerunt in locum verborum contextus sacri: hinc aliquando* οἴκοθεν *quaedam afferunt, et ad scripturae verba addunt: ut ea, de quibus agunt, aut illustrare, aut probare possint, hinc memoriter saepe scripturae sententias scribunt, et voces quasdam hinc inde collectas, locis quibusdam addunt.*“ Cf. Ch. Fr. v. Matthaei über die sogenannten Recensionen, welche der Herr Abt Bengel, der Herr Doctor Semler und der Geheime Kirchenrath Griesbach in dem Griechischen Texte des N. T. wollen entdecket haben, Ronneb. und Leipzig 1804. p. 44. p. 74. p. 78. et Vater. Spicilegium

I. Observatt. ad usum Patrum Graecorum in Critica N. T. pertinentt., Regiomont. 1810. Spicilegium II. ibid. 1811. Similiter Dionysius illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται non solum ἀποστολικὴν φωνὴν dixit, sed etiam addidit, illam pertinuisse πρὸς τοὺς δυνατωτέρους, eodem modo quo scriptor constitutionum apostolicarum, magis illustraturus probabiliter Paulinum πάντα δοκιμάζετε καὶ τὸ καλὸν κατέχετε, siquidem eorum tantum est omnia explorare, qui satis facultatis habent et virium. Cf. Fabricii cod. apocryph. N. T. Tom. I. p. 330. Adde quae observavi ad Euseb. H. E. VII, 32 not. 27. coll. Excurs. II. p. 357 sq. Contra minori tantum libertate uti voluisse videtur Rufinus qui illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται vertit: „*omnia legite et quae bona sunt tenete*," quae propius accedere patet ad Paulinum πάντα δοκιμάζετε καὶ τὸ καλὸν κατέχετε. Cf. Augustin. de natura et gratia c. XXXIX.

Sed non solum a Paulo verum etiam a Christo diximus duxisse patres illam sententiam. Quod quidem prima certe specie paulo difficilius videatur ad demonstrandum. Quamvis enim hoc ipsum similiter commendetur eo, quod multi ex patribus ad Christum vere illud dictum referunt, tamen, nisi illud simul explicare possimus, quomodo aliquo loco evangelii Christus patribus certe suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται protulisse videri potuerit, minime inanis ac vana esse dicenda sit eorum suspicio, qui patres ex libro quodam apocrypho hausisse illud existiment. Et profecto quomodo vel apud Luc. XIX, 23. vel apud Matth. XXV, 27. Christus eam sententiam quam patres subiecerunt illi dicto de quo agitur, pronuntiasse dici ab illis ipsis potuerit, certe minus facile videatur posse intelligi, quam quomodo Paulum apostolum idem illud praecipere dictitarint. Nemini certe vera et facilis esse videbitur coniectura quam protulit Paulus Commentar über das N. T. Tom. II. p. 525.: „*Eben diesen Sinn* (eundem scilicet sensum qui inest vel in loco Cebetis: μὴ γίγνεσθε ὅμοιοι τοῖς κακοῖς τραπεζίταις· καὶ γὰρ ἐκεῖνοι, ὅταν μὲν λάβωσι τὸ ἀργύριον παρὰ τῶν ἀνθρώπων — ἴδιον νομίζουσιν εἶναι vel in loco Luc. XVI, 12. καὶ ἐν τῷ ἀλλοτρίῳ πιστοὶ οὐκ ἐγένεσθε, τὸ ὑμέτερον τίς ὑμῖν δώσει;) *scheint jenes* γινεσθε τραπεζιται δοκιμοι! *zu haben, welches viele Alte als ein Wort Jesu anführen. — — Es mochte wohl aus der Parabel gleichsam als das: Fabula docet entstanden seyn.*" Namque illud γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται non eandem sententiam continere quam locum illum Lucae et parabolae de improbo oeconomo, in promtu est quamvis de illius parabolae loci interpretatione inter se dissentiant VV. DD., ideoque certe non sine immoderata et effusa quadam libertate et licentia patres illo loco Lucae ipsum Christum suum γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται pronuntiasse affirmaturos fuisse apparet. Sed ipse Paulus illi suae coniecturae quam l. l. proposuit, non magnopere probabiliter favit; quippe quam serius

proposita nova cuius statim ab initio huius disquisitionis mentionem feci, tacite spreverit. Atque ex hac posteriori V. D. coniectura dictum illud ex Luc. XIX, 23. coll. Matth. XXV, 27. patres hausisse censendum est. Iam vero nos ut in eo a PAULO discedimus, quod minime tanquam ex solo fonte ex evangeliis suum *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* patres duxisse et a solo Christo repetiisse affirmamus, sed simul a Paulo illud eos sumpsisse defendimus, ita loco illo Matth. XXV, 27. certe potissimum illos usos esse, ut Christo simul possent illud praeceptum tribuere, iam probabimus. Neque enim per se tantum veri similius est, magis quam aliunde ex illo Matthaei loco patres allegoricae quidem simul interpretationis auxilio (cf. TZSCHIRNER. de claris veteris eccles. oratoribus comment. I. p. VIII.) sententiam illam ut Christi quoque potuisse extorquere, cum totius parabolae illius argumentum sit illi sententiae cognatum (vid. KUINOEL. Commentar. ad Matth. XXV, 14 p. 666. ed. III. et Matth. l. l. v. 29.), sed clarissime hoc demonstrat exemplum Chrysostomi in homil. IV. in act. apost. Tom. III. p. 82 sq. Opp. ed. MONTEFALC., qui locus quamvis nobilissimus, quomodo fugere potuerit diligentiam SUICERI et aliorum VV. DD., profecto satis mirum est. Sed placet totum illum locum adscribere quo egregie comprobari puto iudicium meum de duplici fonte unde hauserunt patres illud *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται*. Ita autem l. l. Chrysostomus disserit: *Ἀλλ' ἀπὸ τῶν αἰσθητῶν ἐπὶ τὰ πνευματικὰ τὸν λόγον μετάγωμεν. Ἔδει σέ, φησι, καταβάλλειν τὸ ἀργύριόν μου ἐπὶ τοὺς τραπεζίτας* (vid. Matth. XXV, 27.), *ἐκείνου τοῦ ἀργυρίου τραπεζίτας ὑμᾶς καλῶν τοὺς τῶν ῥημάτων τούτων ἀκροατάς.* Hoc autem interpretationis artificio sine dubitatione, ut videmus, usus Chrysostomus statim pergit: *καὶ τίνος ἕνεκεν τραπεζίτας ὑμᾶς ἐκάλεσεν ὁ θεός; παιδεύων ἅπαντας τὴν αὐτὴν σπουδὴν ἐπιδείκνυσθαι περὶ τὴν δοκιμασίαν τῶν λεγομένων, ὅσην ἐκεῖνοι σπουδὴν ἔχουσι περὶ τὴν ἐξέτασιν καὶ εἴσοδον τῶν νομισμάτων. Καθάπερ γὰρ οἱ τραπεζῖται τὸ μὲν κίβδηλον καὶ παράσημον ἐκβάλλουσι νόμισμα, τὸ δὲ δόκιμον καὶ ὑγιὲς δέχονται, καὶ διακρίνουσι τὸ νόθον ἀπὸ τοῦ γνησίου· οὕτω καὶ σὺ ποίησον, καὶ μὴ πάντα παραδέχου λόγον, ἀλλὰ τὸν μὲν κίβδηλον καὶ διεφθαρμένον ἔκβαλλε ἀπὸ σοῦ, τὸν δὲ ὑγιῆ καὶ σωτηρίαν ἔχοντα παράπεμπε τῇ διανοίᾳ· ἔστι γὰρ ἔστι καὶ σοὶ ζυγὰ καὶ στάθμια οὐκ ἀπὸ χαλκοῦ καὶ σιδήρου κατεσκευασμένα, ἀλλ' ἀπὸ ἁγνείας καὶ πίστεως συγκείμενα, καὶ διὰ τούτων δοκίμαζε λόγον ἅπαντα. Καὶ γὰρ διὰ τοῦτό φησι, γίνεσθε τραπεζῖται δόκιμοι, οὐχ ἵνα ἐπὶ τῆς ἀγορᾶς ἑστῶτες τὰ ἀργύρια ἀριθμῆτε, ἀλλ' ἵνα τοὺς λόγους βασανίζητε μετὰ ἀκριβείας ἁπάσης.* Ita igitur locus ille Matthaei interpretandus erat, ut Christum quoque tum secundum sententiam tum secundum verba *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* praecepisse appareret! Sed magis etiam nostram sententiam stabilit Chrysostomus addens: *διὰ τοῦτο καὶ ὁ ἀπόστολος Παῦλός φησι· πάντα δοκιμάζετε, τὸ καλὸν δὲ*

κατέχετε μόνον. Nonne in his luculentissime ipse Chrysostomus duplicem illum fontem illius *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται* nobis significavit? Sed magis ille explanat mentem suam sequentibus: *οὐ διὰ τὴν δοκιμασίαν δὲ μόνον ὑμᾶς τραπεζίτας ἐκάλεσεν, ἀλλὰ καὶ διὰ τὴν τῶν καταβαλλομένων νομήν. καὶ γὰρ τοῖς τραπεζίταις, ἐὰν μόνον ὑποδεχόμενοι τὰ χρήματα κατακλείωσιν οἴκοι, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους διανέμωσιν, ἅπαν τὸ τῆς ἐμπορίας οἰχήσεται· οὕτω καὶ ἐπὶ τῶν ἀκροατῶν τὸ αὐτὸ τοῦτο γίνεται. ἂν γὰρ δεξάμενος τὴν διδασκαλίαν παρὰ σαυτῷ κατασχῇς, μηκέτι δὲ εἰς ἑτέρους ἐκβάλῃς, πᾶσά σου ἡ πραγματεία διαῤῥυήσεται. Διὰ τοῦτο ἐπὶ τῶν ἐργαστηρίων ἐκείνων διὰ πάσης ἡμέρας εἴσοδόν τε καὶ ἔξοδον γινομένην δρῶμεν. Τοῦτο τοίνυν καὶ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας γινέσθω. Καὶ γὰρ καὶ ἐπὶ τῶν τραπεζιτῶν ἐκείνων δρῶμεν τοὺς μὲν καταβάλλοντας χρήματα, τοὺς δὲ λαμβάνοντας εὐθέως, καὶ ἀπιόντας, καὶ τοῦτο διὰ πάσης ἡμέρας γινόμενον ἴδοι τις ἄν. διὰ τοῦτο καίτοι τῶν χρημάτων οὐκ ὄντων αὐτοῖς οἰκείων, ἐπειδὴ τῇ χρήσει πρὸς τὸ δέον κέχρηνται, διὰ τῶν ἀλλοτρίων πολλὴν ἑαυτοῖς συλλέγουσι τὴν εὐπορίαν. Οὕτω καὶ σὺ ποίησον· οὐκ ἔστι ταῦτα τὰ λόγια σὰ, ἀλλὰ τοῦ πνεύματος. ἀλλ' ὅμως ἐὰν ἀρίστην ἐπιδείξῃ τὴν χρῆσιν, πολλὴν ἑαυτῷ συνάξεις τὴν εὐπορίαν τὴν πνευματικήν. Διὰ τοῦτο καὶ τραπεζίτας ὑμᾶς ἐκάλεσεν ὁ Θεός. τίνος δὲ ἕνεκεν ἀργύριον τὸν λόγον ἐκάλεσεν; ἐπειδὴ καθάπερ τὸ ἀργύριον τὸν χαρακτῆρα ἔχει ἀπηρτισμένον τὸν βασιλικόν· κἂν γὰρ μὴ τοῦτον ἔχῃ, οὐκ ἔστιν ἀργύριον δόκιμον, ἀλλὰ κίβδηλον καλεῖται· οὕτω καὶ τὴν διδασκαλίαν τῆς πίστεως τὸν χαρακτῆρα τοῦ λόγου ἀπηρτισμένον ἔχειν δεῖ. Πάλιν τῶν ἀργυρίων ἡ χρῆσις πᾶσαν ἡμῖν συγκροτεῖ τὴν ζωὴν, καὶ συμβολαίων πάντων ὑπόθεσις γίνεται, κἂν ἀγοράσαι τι, κἂν πωλῆσαι δέῃ, διὰ τούτων ἅπαντα πράττομεν. Τοῦτο καὶ ἐπὶ τῆς διδασκαλίας γίνεται. Τῶν γὰρ συμβολιμαίων πνευματικῶν ὑπόθεσίς ἐστι καὶ ῥίζα τὸ ἀργύριον τοῦτο τὸ πνευματικόν etc.* His iunge locum Socrat. H. E. III, 16 p. 189. ed. Vales., ubi disertis verbis tanquam Christi et Pauli dictum illud proponitur: *ἄλλως τε παρεγγυῶσιν ἡμῖν ὅ, τε Χριστὸς καὶ ὁ τούτου ἀπόστολος, γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται, ὥστε τὰ πάντα δοκιμάζειν, τὸ καλὸν κατέχοντας, προσέχειν δὲ μή τις ὑμᾶς ἔσται ὁ συλαγωγῶν διὰ τῆς κενῆς φιλοσοφίας καὶ κενῆς ἀπάτης.* Cf. Iohann. Cassian. in prima patrum collatione cap. XX. p. 186., ubi post verba: „*ut efficiamur secundum praeceptum domini probabiles trapezitae*“ mox addit: „Quae omnia nos quoque debere *spiritualiter* observare, *evangelicus sermo sub huius nominis demonstrat exemplo.*“ Unde certe hoc patet, spiritualem quendam sensum in illo loco Matthaei captari esse solitum. Cf. locus insignis et similis Origenis quem laudat Tzschirner. de claris veteris eccles. orator. comment. III. p. IX sq. Neque vero nobis obstat, quod alii, ut scriptor constitt. apostoll. II, 36., Clemens Alexandr. Strom. I. p. 354., Origenes in Matth. XXII, 32., Pamphilus init. apologet. pro Origene, Palladius de vita Chrysostom. c. IV., Nicephor. X, 26. (cf. Suicer. l. l. p. 1281. Fabricius l. l. not. c.) simpliciter tanquam dictum aliquod scripturae

praeceptum illud commemorant, cum illos potius a nemine reliquorum nec a nobis dissentire pateat, qui ex duplici, quem diximus, fonte patres hausisse defendimus. Quod quidem magis etiam inde potest intelligi, quod idem Origenes Tom XIX. ad Iohann. VIII, 20. ad ipsum Christum illud dictum refert, quod alio loco tanquam scripturae sacrae simpliciter attulit. Nihil autem magis dolendum erit, quam quod iidem patres, qui nonnisi interpretationis quibusdam veluti machinis ex loco Matth. XXV, 27. etiam extorserant, a Christo quoque commendari *τὸ δοκιμάζειν πάντα καὶ τὸ καλὸν κατέχειν* (nam huic fere convenit eorum *γίνεσθε δόκιμοι τραπεζῖται*), quod longe facilius invenire poterant apud Matth. VI, 22 sqq. Luc. XI, 34 sqq., aureum illud praeceptum tam saepe prorsus neglexerunt et contempserunt.

Ceterum qui nostrae sententiae hactenus expositae suffragetur, non facile assentietur coniecturae Cotelerii ab Usserii non multum discrepante et ad Constitt. apostoll. II, 36. prolatae, secundum quam ex traditione sive non scripta sive in quodam melioris notae apocrypho relata vulgatum fuerit, divino N. T. oraculo pronuntiari: „Estote boni trapezitae.“ Haec autem verba nescio quem annotasse ad Matthaeum vel Lucam, alium ad locum Pauli 1 Thessalon. V, 21., alium fortasse ad 1 Iohann. IV, 1., unde modo ut evangelica modo ut Pauli laudata sint.

Denique loca patrum ad illud dictum magis minusve alludentium vide apud eundem Cotelerium l. l. cf. Potter. ad Clement. Alexandr. Strom. p. 425. 436. Fabricium l. l. p. 330 sq. Adde quem laudat Coteler. eccles. Graec. monumm. T. I. p. 757., Petrum Siculum: *κἀγὼ μὲν ὁ ἐντελὴς καὶ πάσης ἀρετῆς ἀμέτοχος τὰ γνωρισθέντα μοι πεπονημένως, τῆς τῶν πολλῶν ἀσφαλείας ἕνεκα, ὑμῖν δοκίμοις τραπεζίταις προστίθημι* et Paulini Nolani epist. IV.: „*ipsos statueris nummularios, ut secundum suam formam probabiles domino cuderent nummos.*“ Sententiam similem praeter Cebetem cuius locum supra laudavimus, habet Maximus Tyr. dissertt. II, 2. T. I. p. 20 sq. ed. Reisk. *Οὐδὲν δὲ οἶμαι διωκτὸν ὅ, τι μὴ ἀγαθόν· ἀλλ', ἀγαθοῦ φαντασίᾳ, τὸ μὴ ἀγαθὸν διώκεται ἐν χώρᾳ ἀγαθοῦ· καθάπερ ὑπὸ τῶν κερματιστῶν* (ita enim legendum esse pro *χρηματιστῶν*, bene puto coniecisse Marklandum ad h. l., quem vid.) *τὰ κίβδηλα τῶν νομισμάτων, οὐ διότι κίβδηλα, αἱρετὰ ὄντα, ἀλλὰ τῇ πρὸς τὸ ἀληθὲς ὁμοιότητι τὴν τοῦ κιβδήλου φύσιν ἐπικρυπτόμενα. Ἀλλ ἐνταῦθα μὲν οἱ ἀργυρογνώμονες τῇ τέχνῃ διεκρίναντο τἀληθοῦς τὸ μὴ δόκιμον· ἐν δὲ τῇ τῶν ἀγαθῶν νομῇ διακρίνει ὁ λόγος ἀπὸ τῶν ὄντων ἀγαθῶν τὰ φαινόμενα μὲν, οὐκ ὄντα δέ· ἀλλὰ λησόμεθα, ὥσπερ οἱ μοχθηροὶ κερματισταὶ* (vulgo *χρηματισταὶ*), *θησαυροὺς ταμιευόμενοι κιβδήλων ἀγαθῶν.*

EXCURSUS X.

ad

Euseb. Histor. Eccles. VII, 18.

(Tom. II. p. 346 sq.)

Narrationem de statua Iesu et mulieris Paneadensis quam post Eusebium cuius praeterea cf. demonstrat. evang. III, 4 p. 107 ed. MONTACUT., referunt Sozomen. H. E. V, 21. Philostorg. VII, 21. Evagr. IV, 27. Iohannes Malala in Chronographia p. 305 sq., Acta septimae synodi (Nicaenae II.) act. IV. T. IV. ed. HARDUIN. p. 260 sq., I. Damascenus orat. III. de imaginibus, Georgius Monachus in scriptoribus post Theophanem p. 506., Nicephor. H. E. VI, 15., ut par erat, explosit et ab ipsa potius urbe Paneadensi in honorem Hadriani imperatoris statuam exstructam esse ostendere studuit THEODORUS HASAEUS in dissert. de statua haemorrhousae edita in sylloge dissertt. p. 314 sqq. cf. BEAUSOBRE in bibliothec. German. Tom. XIII. I. F. HEBENSTREIT. diss. de mulieris αἱμοῤῥοούσης statua Ien. 1710 p. 6 sqq. GIESELER. Lehrbuch der Kirchengeschichte Tom. I. p. 67 not. d.: „*Eusebius — erzählt von einer Bildsäule in Paneas, die man damals auf Jesum und die Erzählung Matth.* 9, 20. *deutete: alle spätere erzählen ihm nach, und Malala* (600 *p. C.*) *in Chronogr.* p. 305. *weiss auch den Namen des Weibes Beronike* (Et idem tradit αἱμοῤῥοούσαν litteras dedisse ad Herodem secundum, quibus ab eo petierit veniam statuae Christo erigendae. Vid. FABRICII cod. apocr. N. T. Tom. III. p. 449 sqq.). — — — *Nach der Analogie vieler Münzen zu urtheilen, war jenes Denkmahl einem Kaiser (wahrscheinlich Hadrian) zu Ehren gesetzt, und vielleicht eines in der Inschrift vorkommenden* σωτηρι *oder* θεω *wegen von Christo falsch gedeutet (cf. Th. Hassaei diss. II. de monimento Paneadensi Bremae* 1726. 4.).“ Cf. FABRICII cod. apocr. N. T. Tom. I. p. 252 not. 5. Quocirca iure quodam suo credulitatis ac superstitionis hac in re Eusebium accusavit MOELLER. de fide Euseb. C. p. 62. Ita autem l. l. V. D.: „*Id quidem*, inquit, *candido episcopo lubenter credimus, quod statuam aliquam, quam incolae urbis a muliere sanata Iesu Christo erectam fuisse fabulabantur, ibi vi-*

derit: *vellemus autem ipsum in veritatem traditionis tam ineptae omnique sacrorum Evangeliorum consensu destitutae inquisivisse, antequam eam ut rem ἀξιοπιστὴν memoriae proderet.*" Neque vero Eusebium de veritate illius fabulae vel leviter dubitasse, magis etiam demonstrant verba ἔμενε δὲ καὶ εἰς ἡμᾶς ὡς καὶ ὄψει παραλαβεῖν ἐπιδημήσαντας τῇ πόλει et sequentia καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν, ταῦτα πεποιηκέναι, etc. Hinc falso scripsit CRAMER. Fortsetzung des Bossuet Tom. IV. p. 351., ipsum Eusebium nonnisi famam et rumorem esse putavisse illam de statua αἱμοῤῥοούσης narratiunculam. Nam quamvis antea ab aliis eam referri profiteatur Eusebius (vid. verba τὴν γὰρ αἱμοῤῥοοῦσαν — ἐνθένδε ἔλεγον ὁρμᾶσθαι — δείκνυσθαι — παραμένειν, etc.), tamen se plane assentiri illi famae, aperte docet noster sequentibus verbis, quae ipse antea attuli, iisdemque certa et indubia se reddere velle ea quae alii referebant, luculenter significat. Cf. REUTERDAHL. de fontt. hist. Euseb. p. 48.: „*Ad Caesaream Philippi imagines duas aeneas conspexerat Eusebius, quas memoriam rei cuiusdam a Christo gestae conservaturas audiverat: credere etiam videtur, homines* (sermo tamen est potius de sola muliere Paneadensi), *ad quos res in principio pertineret, imagines istas tempore ipsius Christi erexisse.*" Sed ut ad CRAMERUM redeam, rem ipsam inter commenta recte ille quoque retulit. Quo magis mirum, DANZIUM de Euseb. C. p. 26. non solum de veritate sententiae HASAEI aliorumque dubitasse cum MAGN. CRUSIO de Macario Magnete Gotting. 1737. p. 26 sqq., sed etiam laudasse Eusebium, qui *non sine summa prudentia* hanc narratiunculam memoriae tradiderit, *communem tantum hominum opinionem referat et in hac re consentientes sibi habeat, Macarium Magnetem, in Libris Ἀποκριτικῶν s. Ἀποκρίσεων, Asterium Amaseae episcopum in homilia in Iairum et mulierem αἱμοῤῥοοῦσαν apud Photium in Biblioth. cod.* 271. — *Hac igitur in re eandem laudem meretur Eusebius, quam Suetonius, qui in describendis enarrandisque rebus gestis Augustorum nullum prope verbum sine auctoritate posuit, adeoque incorrupta fide atque candidus scripsit, ut illius fide nihil sit certius.* Sed ut haec certe mihi non possunt contrarium persuadere, cum nondum satisfaciat muneri historici, qui *nullum verbum sine auctoritate ponit*, ita nihil efficitur ex mea sententia inde, quod *vix credibile videatur Iulianum imperatorem* (teste Philostorgio ac Sozomeno) *eiusmodi monumentum quod honori principis tam pii et splendido Institutoris elogio toties condecorati* (Hadriani), *positum fuisset, indignissimis adeo modis subverti, per urbem trahi confringique et suam eius loco reponi iussisse imaginem.* Cf. FABRICII cod. apocr. N. T. Tom. III. p. 447. g. De hac enim re ipse vehementer dubito, et facile falsa

veris miscuerint in eo Philostorgius ac Sozomenus, ut augeretur invidia Iuliani apostatae; qui illam statuam indignissimis modis subverterit minime necesse est, cur eam fortasse ex hominum conspectu removerit, facile intelligi potest. Neque enim immerito, credo, illam magno in honore apud Christianos fuisse statuatur. Quid autem deinde mirum, acerrimum superstitionis paganae propugnatorem ac vindicem, Iulianum, statuam illam, quamvis Hadriano positam, si non destruxisse, certe hominum oculis subduxisse? Hoc modo neque Hadriani manes ipse laedebat et religioni suae optime consulebat. Adde quod Philostorgius, quamvis imaginem illam eversam referat, tamen de Iuliani iussu statuaque ipsius reposita tacet. Cf. Ioh. Reiskius de imaginibus Iesu Christi exerc. IV. p. 104 sq. Muenter Sinnbilder u. Kunstvorstell. d. a. Chr. Fasc. II. p. 12 sqq. Paulus Comm. üb. d. N. T. Tom. II. p. 282 ext. p. 283 init. Sed in itinere ex Palaestina Tyrum ad Paulinum, ut videtur, facto (cf. Eus. H. E. VIII, 7. 9. Stroth. Leben und Schriften des Eusebius p. XXII.: „*Ob er in Angelegenheiten seiner Kirche dahin gereist sey, oder ob er dadurch der Gefahr, die ihn zu Caesarea bedrohte, habe entgehen wollen, können wir nicht ausmachen.*“ Vales. de vita scriptisque Euseb. Caes. diatribe p. XXXIX.), ante a. C. 312. urbem Paneadensem visitasse Eusebium, illud haud male conicit Danz. l. 1. p. 57 not. 17. cf. p. 37 sq.

Iam vero devenimus nunc ad quaestionem similem sed nondum accuratius agitatam ac de verbis ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς instituendam. Quae quidem verba Valesius vertit: „*in ipsa basi*,“ Strothius: „*auf dem Piedestal selbst.*“ Cf. Eus. Vit. Const. I, 3. Sed primum vellem hanc significationem verbi στήλη probassent VV. DD., deinde quomodo poterat illa planta crescere in vel ex ipsa statuae basi, quae si non ex metallo unde constabat statua (τῆς αὐτῆς ὕλης ὄρθιον σχῆμα), certe non ex terra facta erat? Num non solum commenta, sed etiam miraculi similia commenta h. l. attulit Eusebius? Imo Valesius tantum et Strothius ac philologicum nonnisi finxerunt miraculum male interpretato verba Eusebii, haud dubie ad rei insolentiam augendam, iam Sozomeno qui temere scripsit: ἀπὸ δὲ τῆς βάσεως (?) ἐφ' ᾗ ἵστατο ὁ ἀνδριὰς οὗτος, ὡς ἱστορεῖ Εὐσέβιος, nec melius Rufinus ut nunc taceam alia, quae male assuit interpretationi suae loci Eusebiani, vertit verba ἐπὶ τῆς στήλης *statuae e basi*. Verum enim vero omnia fiunt plana, si στήλης de columna s. ἀνδριάντι quod statim postea legitur, interpretamur, ut h. l. est interpretandum cum de alia vocis significatione cogitari nequeat (cf. Vales. ad Eus. H. E. II, 12 not. 2. et nos in Excursu XVI.), neque ἐπὶ „in“ sed „*iuxta, an*“ significare censemus, quo sensu saepius ἐπὶ gignendi casui iungitur. Vid. Xenoph. Anab. IV, 3, 28. μένειν ἐπὶ

οῦ ποταμοῦ *iuxta* fluvium, *am Fluss*. Herodot. V, 92, 3: ἑστεῶτες ἐπὶ τῶν θυρέων *bei, an den Thür*. Fischer. animadvv. ad Weller. Gr. Gr. Vol. III. P. II. p. 228 sq. Cf. Matthiae Miscell. Philoll. I. p. 163. Voigtlaender. ad Lucian. diall. mortt. not. c. XVII. not. a. p. 95. τί σεαυτὸν ἐδύρη ἐπὶ τῇ λίμνῃ ἑστώς; Neque N. T. scriptoribus illa significatio praepositionis ἐπὶ inaudita est. Vid. Matth. XXI, 19. ubi ficus stetisse legitur ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, *am Wege*. Iohann. VI, 21. τὸ πλοῖον ἐγένετο ἐπὶ τῆς γῆς, *iuxta terram*. Iohann. XXI, 1. ἐφανέρωσεν ἑαυτὸν πάλιν ὁ Ἰησοῦς τοῖς μαθηταῖς ἐπὶ τῆς θαλάσσης. Cf. v. 4. ἔστη δ' Ἰησοῦς εἰς τὸν αἰγιαλόν: ut taceam περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης et ἐπὶ τὴν θάλασσαν Matth. XIV, 25. 26. Marc. VI, 48. 49. tot ac tantis interpretum studiis vexatum ac divexatum. Vid. Paulus Commentar über das N. T. Tom. II. p. 330 sqq. Kuinoel. Comment. ad Mtth. XIV, 25 p. 408 sqq. ed. III. Sed vel his locis quamvis ne περιπατεῖν ἐπὶ τῆς θαλάσσης interpreteris de ambulatione *iuxta* mare, plures aliae rationes impediant, tamen linguae usus minime impedit et temere Kuinoel. l. l. p. 411., si ambulationem Iesu iuxta mare voluissent significare evangelistae, ad evitandam ambiguitatem scribere potius debuisse vel scripturos fuisse contendit ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τῆς θαλάσσης laudans locos Mtth. XIII, 2. Ioh. XXI, 4. Sed illo loco legitur potius ἐπὶ τὸν αἰγιαλὸν τῆς θαλάσσης, hoc εἰς τὸν αἰγιαλόν, et nisi ipsius linguae ratio concederet ut ἐπὶ sequente genitivo interpretemur *iuxta*, vel ἐπὶ τοῦ αἰγιαλοῦ τῆς θαλάσσης, ambiguum esse dici posset, ut scripturos fuisse evangelistas Kuinoelius censuit. Cf. Fritzsche IV. evangg. I. p. 502. Paulus das Leben Iesu T. I. P. I. p. 359. Wahl. Clav. N. T. Tom. I. p. 578 ed. II. Quae cum ita sint, sua sponte evanescit nostro loco certe miraculum ex mala Vales. ac Stroth. interpretatione ortum. Iam vero aliud si non miraculum certe commentum ex verbo φύειν sequens contra Strothium et Valesium frustra removere voluisse puto Paulum l. l. Tom. I. p. 576 sqq. Quamvis enim minime illud se audivisse hominum fama scribat Eusebius, in vel ex illius statuae basi crescere plantam, tamen iuxta illam plantam peregrinam crescere dici, ipsum et nihil aliud ipsum dicere puto verbis οὗ — — φύειν, et recte vertisse Valesium φύειν praeeunte Rufino *nasci*, Stroth. *wachse*. Hanc autem famam sive Eusebius ipse crediderit sive non crediderit, quod probabilius est, quia neque ipse in sequentibus diserte affirmat, herbam quoque se vidisse, imo statuam tantam ὄψει παραλαβεῖν, ac Philostorgius adeo herbam se nusquam conspexisse commemorat (cf. Paulus l. l. p. 577.), quod vix dixisset, si ipse veram illam traditionem de herba putasset, sed famam illam sive illi crediderint nec ne, hoc tamen facile liquet, cur uterque eam non omittendam duxerit. Commendare enim ita sibi posse videbantur eo melius suam de statua ipsa opinionem, quasi

Christo illam esse positam, vel illa salubri herba significaretur *iuxta eam* crescere credita (utrum semper an nonnisi certo quodam anni tempore ibi crescere putaverint illam homines, Eusebius non definit), et παντοίων νοσημάτων ergo etiam utili ad fluxum sanguinis quo laborabat illa femina a Christo sanata, medicamento. Hinc adeo Philostorgius post παντοίων νοσημάτων addit: μάλιστα δὲ τῆς φθινάδος, quia si qui statuam illam Christi esse credentes, forte erant, qui ex illo sanguinis fluxu, quem quamvis evangelistis non affirmantibus (Matth. IX, 20. Marc. V, 25. Luc. VIII, 43.), per duodecim annos nunquam interruptum fuisse facile putarent ut ipse R. MEAD. in Medica sacra c. XI. (cf. PAULUS l. l. p. 574 sq.), talem s. phthisin adeo consecutam esse opinarentur, antequam Christus feminam sanaret, illi, inquam, deinde neque illud affirmare dubitarent, herbam illam iuxta Christi statuam crescentem egregium esse ut ad παντοῖα νοσήματα ita adeo ad phthisin remedium. Cf. MERCURIALIS de morbb. muliebrr. L. IV. *ubi fluxus immodici diutius durant, timendum ne fiat hydropica, cachectica* etc. Polluc. IV, 25, 186. 187. ed. HEMSTERHUIS. Columell. VI, 14. Cels. III, 22. Hinc etiam Rufinus (cf. FABRICII cod. apocr. N. T. Tom. III. p. 446 sq. not. e.) non dubitavit verba Eusebii ὃ μέχρι τοῦ κρασπέδου τῆς τοῦ χαλκοῦ διπλοΐδος ἀνιὸν, ἀλεξιφάρμακόν τι παντοίων νοσημάτων τυγχάνειν ita exaggerare: „*quae* (herba) *cum exorta fuerit, excrescere ad stolae aerei illius indumenti fimbriam solet, quam cum summo vertice crescens herba contigerit, vires inde ad depellendos omnes morbos languoresque conquirit, ita ut quaecunque illa fuerit infirmitas corporis, haustu exiguo madefacti salutaris graminis depellatur, nihil omnino virium gerens si antequam aereae fimbriae summitatem crescendo contigerit, decerpatur.*“ Modestius certe Sozomenus cum Eusebio de illa herba scripsit: παντοίων παθῶν καὶ νοσημάτων ἀλεξίκακον φάρμακον βοτανή τις ἔφυεν, ἧς τὸ εἶδος οὐδεὶς ἔγνω — καθ᾽ ἡμᾶς ἰατρῶν ἢ ἐμπείρων. Cf. VALESIUS ad Euseb. H. E. VII, 18 not. 5. GODOFREDUS ad Philostorgium p. 274. 276. DALLAEUS de imagg. p. 265 sq., quos citat FABRICIUS l. l. Haec igitur est mea sententia, tum a STROTHII diversa tum a PAULI, cui tamen ipsi adhuc quae mihi in promptu sunt, respondenda erunt. Ita enim V. D. l. l. p. 576 *) disputat: „ d. h. (animadvertit scilicet haec PAULUS ad verba Eusebii οὗ — φύειν, quae ita vertit: „*Bey seinen Füssen auf dem nämlichen Säulengestell sey eine fremdartige Pflanze hervorgesprosst*“) sey *als hervorgesprosst abgebildet. Man sollte nicht denken, dass diess erinnert werden müsste. Aber selbst Stroth übersetzt so, wie wenn von diesem Kraut erzählt worden wäre, dass es immer noch dort aufwachse. — — Durch dergleichen Uebersetzungen entstehen „miracula philologica “ und bey Nichtabergläubigen, wenn sie den Grundtext nicht prüfen, der schnelle*

Schluss, dass die ganze Erzählung unwahr sey. Das Kraut war natürlich auch im Metall vorgestellt und gab der Zusammenstellung beyder Personen ihren Sinn: „ein solches Kraut sey der Flehenden von dem, welcher ihr die Hand bietet, angezeigt worden, um ihre schnelle Genesung zu stärken und dauerhaft zu erhalten, welche sie dem momentanen Eindruck verdankte, der sie, während sie Jesu Saum zutrauensvoll berührte, mächtig durchdrungen hatte.“ Hanc summi viri expositionem quominus veram putem, plura impediunt. Primum in eundem errorem ille incidit, quem VALESIUS ac STROTHIUS, falso interpretatus vocem στήλη: „*Säulengestell*“ quae significatio si verbo illi non potest tribui, eius sententia ipsa tollitur. Nam si non depicta erat illa herba in basi, in statua ipsa quomodo poterat esse efficta? Deinde non possum non fateri, me quidem quoties legi illud verbum φύειν, nihil aliud cogitare potuisse, nisi vere crescere credidisse homines plantam illam iuxta statuam. Neque enim vel leviter indicat Eusebius φύειν improprie explicandum esse per illa: „*sey als hervorgesprosst abgebildet*,“ modo recte interpretemur verba ἐπὶ τῆς στήλης αὐτῆς. Et quomodo φύειν illud significare potest, quamvis vel improprie accipere velis? Nihil certe tunc illud esse potest nisi: „*tanquam crescens depicta, als hervorsprossend abgebildet.*“ Cf. Homer. Iliad. VI, 149. ὣς ἀνδρῶν γενεὴ ἡ μὲν φύει, ἡ δ' ἀπολήγει ubi sane φύει i. q. φύεται. Sed quomodo potuerit tanquam crescens depingi planta illa, nemo facile dicet. Eadem est ratio verborum ἀνιὸν et τυγχάνειν, et recte vertit VALESIUS: quae ad fimbriam usque aeneae diploidis *assurgens* depellendis omnis generis morbis praesentissimum remedium *est*, et STROTH. *welches bis an den Saum des metallenen Kleides heraufgeht, und ein Gegenmittel — seyn soll.* Denique quod ultimum PAULO opponi recte posse puto, illud est, quod, si vere herba illa etiam in basi statuae depicta esset, profecto quomodo deinde adhuc statuam illam alicui imperatori Romano positam fuisse rectius credamus, haud intelligitur. Nonne enim ipse V. D. ita omnia proposuit ut haud male interpretatos esse illius aetatis homines illas statuas de Christo etc. putandum sit? Sed mali, imo pessimi fuerunt interpretes ex mea rei expositione. A falsa enim et perversa sua opinione poterat Eusebium et alios iam illud deterrere, quod in evangeliis mulier illa tetigisse legitur Christi vestis laciniam, hic vero sensisse illud et deinde ad mulierem verba fecisse traditur, contra illarum statuarum altera ostendebat mulierem, in genua provolutam, supplices manus tendentem (ἱκετευούσῃ ἐοικὸς), altera repraesentabat virum erecto stantem corpore, diploïde indutum κοσμίως et manus porrigentem.

Sed de ipso illo vocabulo διπλοΐδος sigillatim nonnulla monere placet. Facile enim, credo, intelligitur quocunque modo

illud interpreteris, Christo διπλοΐδα neminem sanae mentis potuisse attribuere. Quodsi quid plerumque dicatur διπλοΐς, velimus cognoscere, optime docebit illud nos Salmasius ad Tertullian. de pallio p. 396 sqq., qui cum alia tum haec disputavit: „*Duplex vestimentum Graeci quoque illud appellabant, quod ita amplum et fusum erat, ut duplicari in gerendo posset*, διπλοΐδας, et διπληγίδας, et διπλᾶ ἱμάτια, *huiusmodi vestimenta vocabant.* Hesychius: διπλοΐδα, διπλουμένην χλανίδα ἐν τῷ φορεῖσθαι. Contra ἁπλᾶ, et ἁπλοΐδες dicebantur, parvae et exiguae vestes, quae duplicari non poterant. Idem Hesychius: ἁπλοῦς, μικρὸν, ἱμάτιον: et: ἁπλῆτις, σύμμετρος χλαῖνα, οὐ δυναμένη διπλωθῆναι· ἁπλοΐδες, ἱμάτια μικρά. Pallium commune Graecorum, et fusius erat et redundantius, atque ad calceos usque demittebatur, ut alicubi scribit Quintilianus. Illud pallium primus duplicavit, sive duplicatum gessit Diogenes aut Crates. Facile enim duplicari poterat, et duplicatum geri propter amplitudinem suam. Quomodo aut qua de causa Diogenes pallium suum duplicare instituerit, explicandum est. Communitus in Graecia pallium ita gerebatur, ut duae laciniae ab utroque latere retrorsum reiicerentur; et in humeris fibula strictae retinerentur. Quod ἀναβεβλῆσθαι ἱμάτιον dicebant: et ἱμάτιον ἀναβεβλημένοι qui pallium eo modo regestum utrimque habebant, ita ut tunica, quam sub pallio gestabant, tota in anteriore parte pateret. De illa regestione pallii diximus initio harum animadversionum. Diogenes Cynicus *qui nullam tunicam habebat sub pallio* ad eum modum quem diximus reiecto, sed solam interulam, cum per summum frigus tunicam ab Antisthene petisset, iussus est duplicare pallium. Verba Diogenis Laërtii in Antisthene: Διογένει χιτῶνα αἰτοῦντι προσέταξε πτύξαι θοἰμάτιον. Idem ibidem: καὶ πρῶτος ἐδίπλωσε τὸν τρίβωνα καὶ μόνῳ αὐτῷ ἐχρῆτο. et *solo pallio utebatur.* Sine tunica scilicet, *nam pallium ita duplicatum tunicae vice totum corpus involvebat.* Quinimo Cynicus pallio suo quasi veste stragula tectus, et involutus dormiebat. Diogenes Laërtius de Diogene Cynico: τρίβωνα διπλώσας πρῶτος κατά τινας, διὰ τὸ ἀνάγκην ἔχειν καὶ ἐνεύδειν αὐτῷ. Cui necesse esset in pallio suo cubare, propterea quod vestim stragulam non haberet, eo duplicato totum se involvebat. Iam quomodo pallio sese involverent Cynici, et quo pacto illud duplicarent, dicendum. Graecanicum pallium commune utrumque humerum operiebat, et utrimque regestum retrorsum, in humeris fibula strictum continebatur: Cynicum vero pallium humero dextro subiectum, et in sinistrum coniectum, ante et retro duplicabatur. Humerum siquidem laevum duplici textu tegebat, et dextrum nudabat, cum commune in utroque humero simplex sederet. Quare Cynici qui duplici pallio utebantur, alterum humerum exertum habebant, alterum duplicato pallii textu coopertum. Atque haec erat duplicatio pallii, quam Crateti quidam, alii Antistheni, nonnulli

Diogeni adscripsere, quamque omnes exinde Cynici usurpaverunt, qui pallio solo absque tunica involverentur." Adde eundem SALMASIUM in confutatione virulentissima animadversionum ANTONII CERCIETII (DIONYSII PETAVII) p. 9. et IUNGERMANN. ad Polluc. VII, 13, 470. P. II. p. 719. ed. HEMSTERHUIS. Talem igitur διπλοΐδα Christum gestasse credamus? Quod quamvis veteres Christiani fortasse crediderint (cf. Tertull. de pallio c. V. p. 28. ed. SALMAS. „At enim pallio nihil expeditius, *etiamsi duplex*, quod Cratetis more nusquam vestiendo componitur: quippe tota molitio eius operire est solutim, id est, uno circumiectu, licet equidem nusquam in humano, ita omnia hominis simul contegit *etc.*), tamen recte illi credere nullo modo poterant. Vid. SALMAS. ad Tertull. l. l. p. 72 sq.: „Supra tunicam Apostoli pallium iniiciebant. Petri apostoli habitus ita describitur in actibus Apost. cap. XII. VIII. *εἶπέ τε ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτὸν, περίζωσαι καὶ ὑπόδησαι τὰ σανδάλιά σου· ἐποίησε δὲ οὕτω· καὶ λέγει αὐτῷ, περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου καὶ ἀκολούθει μοι.* Illud *περίζωσαι* ad tunicam refertur quae praecingitur, — — at *περιβαλοῦ τὸ ἱμάτιόν σου* de pallio dicitur, quod et *περιβόλαιον* propterea proprie appellatur. Abdias Babylonicus lib. VIII. Hist. Apost. Bartholomaei Apostoli habitum sic describit: *vestitus colobio albo clavato purpura, induitur pallio albo habente per singulos annulos singulas gemmas.* Pallium utique quadrangulum habuit. Sed illa de gemmis singulis ad singulos pallii angulos, ac de purpura colobio intexta, de fabula plane adtexta sunt, et commenticium scriptorem arguunt: at de pallio et colobio simpliciter verum est, hic enim habitus fuit Apostolorum. — — *Qualis porro discipulorum habitus, talis et magistri. Nam et Dominum indutui nihil habuisse certum est praeter unam tunicam, et unicum pallium amictui. Id colligitur ex Ioannis cap. XIX. vers. XXIII.* *οἱ οὖν στρατιῶται ὅτε ἐσταύρωσαν τὸν Ἰησοῦν, ἔλαβον τὰ ἱμάτια αὐτοῦ καὶ ἐποίησαν τέσσαρα μέρη, ἑκάστῳ στρατιώτῃ μέρος, καὶ τὸν χιτῶνα.* Ubi *τὰ ἱμάτια* posuisse Iohannem pro *τὸ ἱμάτιον* ex Graece loquentium usu notandum est: nec enim de pluribus palliis intelligi debet, sed de uno (Cf. Matth. IX, 20. 21. Marc. V, 27. Luc. VIII, 44.). — — — Hinc non mirum Apostolorum successores et aemulatores maximos, ac disciplinae Christi tenacissimos observatores, Episcopos presbyterosque, primis Ecclesiae temporibus, eorum in vestitu quoque consuetudinem, quos in omnibus aemulari studebant, imitatos esse." Neque tamen communia pallia philosophica quibus primis ecclesiae Christianae temporibus uti amabant sacrorum antistites, plane tum forma tum materia convenisse cum Christi et apostolorum palliis certum esse, monuit ipse SALMASIUS l. l. p. 74. Quanto minus igitur conveniebant διπλοΐδες! Et quanto minus tali διπλοΐδι indutum fuisse Christum poterat credi! Sed hoc nec illos credidisse verisimile, qui commentum

illud de statua Christo posita crediderunt, imo certe Eusebium et Rufinum alio sensu διπλοΐδα Christo tribuisse, longe est probabilius. Dicitur enim vox διπλοΐς etiam de veste illa qua apud Iudaeos vel reges vel sacerdotes et nominatim summus sacerdos solebat indui, et unice convenit illud vocabulum deinde Hebraico מְעִיל de quo vid. Hartmann. Hebräerin Tom. III. p. 312. Gesenius hebraeisch - deutsches Handwörterbuch s. v. Ita LXX ad 1 Samuel. XXIV, 5., ubi Davides Saulo in spelunca abscidisse dicitur אֶת - כְּנַף - הַמְּעִיל haec ipsa verba reddunt per τὸ πτερύγιον τῆς διπλοΐδος (cf. Sulpic. Sever. I, 35.), et apud Ioseph. Antiqq. VI, 14 p. 354. ed. Havercamp. Samuel legitur ἱερατικὴν περικείμενος διπλοΐδα. Cf. ibid. III, 7, 4. Atque hac summi sacerdotis veste κοσμίως indutum fuisse Christum in statua illa, voluit probabiliter Eusebius, cui fortasse neque illud incredibile visum est, illo Iudaeorum summi sacerdotis amictu Christum indutum fuisse, dum ipse in vivis esset! Cf. quae animadverti ad Euseb. H. E. V, 24 not. 3 p. 111 sqq. Neque Rufinum aliter accepisse vocem διπλοΐδος, inde patet quod pro ea usus est *stolae* vocabulo, quo sane apte significari poterat idem quod Eusebius significavit verbo διπλοΐδος. Vid. Ioseph. Antiqq. X, 8., ubi ἱερατικαὶ στολαὶ bis leguntur. Cf. Krebs. animadvv. ad Plutarch. de audiendis poëtis p. 241. edit. II. Denique non minus apte vertisse Strothium διπλοΐδα „*Talar*,“ ex iis quae adhuc disseruimus, sponte sua apparebit. Valesius contra „diploidis“ vertit. Neque vero minus patebit haec omnia satis confirmare propriam interpretationem verborum Eus. H. E. V, 24. Ἰωάννης — ὃς ἐγενήθη ἱερεὺς τὸ πέταλον πεφορηκὼς, quamvis vel nuperrime ex *imagine* tantum Iudaici sacerdotii illo loco discrimen cleri et laicorum adumbrari statuerit Hase de iure ecclesiast. commentt. historr. partic. I. p. 13 not. 4. His ita expositis, unum illud commemorare placet, Rufinum liberius etiam vertisse verba Eusebii τοῦτον δὲ τὸν ἀνδριάντα, εἰκόνα τοῦ Ἰησοῦ φέρειν ἔλεγον ita: „Hanc statuam *ad similitudinem vultus Iesu* formatam tradebant.“ Nam, ut utar verbis Fabricii in cod. apocryph. N. T. Tom. III. p. 447 not. f. „Rufinum cum Eusebio conferens observabis in Graecis nullam fieri mentionem *similitudinis vultus Iesu*, sed tantummodo notari, quod, ut altera statua mulierem, ita altera Iesum designaverit.“ Quamquam similitudinem illam vel Eusebium agnovisse, haud scio an sponte sua inde pateat quod Iesum statuam alteram significare putavit. Cf. Fabricii salutar. lux evangel. toti orbi exoriens p. 309.: „Constat — ex hoc Iuliani vel Paneadensium facto, *illis temporibus saltim ex communi hominum opinione* statuam Paneadensem pro Christi imagine habitam fuisse.“

Sed disputandum nobis nunc est de lectionibus ἀπαραλλάκτως et ἀπαραφυλάκτως. Ac primum quidem patet, ἀπαραφυλάκτως nostro

certe loco nihil significare nisi quod dicit Valesius ad Eus. H. E. VII, 18 not. 6., *incaute*, *temere*, quo sensu illud legitur apud ipsum Euseb. H. E. IV, 7 p. 301., ἐξομνυμένους ἀ π α ρ α φ υ λ ά κ τ ω ς ubi male vertit Strothius: *ohne Bedenken*. Iam vero quaeritur utrum ἀπαραφυλάκτως an ἀπαραλλάκτως legendum sit. Quod autem affirmat Valesius, Rufinum ἀπαραφυλάκτως vertisse *indifferenter*, id est, Rufinum ἀπαραφυλάκτως legisse, in eo iam ex mea sententia V. D. lapsus est. Namque ex Rufini quidem interpretatione si non maiori, certe eodem plane iure colligas, illum ἀπαραλλάκτως potius legisse, quod nihil est nisi vel *ratione haud immutata*, *consuetudine constanti*, *perpetua* vel *sine discrimine, indifferenter*. Quod ipsum veri simile est intellexisse Strothium, qui quid legerit Rufinus, probabiliter nulla alia de causa tacuit in editione Graeca ad h. l., nisi quod quae sit lectio Rufini, non satis certo possit definiri. Sed exponendum nunc est, cur equidem solum ἀπαραλλάκτως scripsisse putem Eusebium, ita ut hoc ipsum, quamvis a Valesio, Strothio et Zimmermanno eiectum, tamen auctoritate codicis Medicaei et cum R. Stephano in textu exhibendum duxerim. Habeo autem huius rei causam, ut mihi quidem videtur, gravissimam illam, quod ἀπαραφυλάκτως nemini deberi puto nisi iis qui verebantur, ne Eusebius toto hoc loco imaginum λατρείᾳ videretur favere, ideoque ἀπαραλλάκτως mutabant in ἀπαραφυλάκτως, ut *temere* gentiles vel Christi vel apostolorum imagines cultu religioso prosecutos esse, aperte indicaretur. Verum enim vero *Eusebium* se hoc loco minime amicum ostendisse superstitioso illi cultui, validis rationibus probari posse existimo. Namprimum nihil dicit Eusebius nisi minime esse mirum statuam quandam a muliere αἱμοῤῥοούσῃ a Christo sanata huic esse erectam (ita enim restringenda sunt haud dubie verba: *Καὶ θαυμαστὸν* οὐδὲν τοὺς πάλαι ἐξ ἐθνῶν εὐεργετηθέντας πρὸς τοῦ σωτῆρος ἡμῶν ταῦτα πεποιηκέναι. Cf. titulus capitis περὶ τοῦ ἀνδριάντος οὗ ἡ αἱμοῤῥοοῦσα ἀνέστησεν, verba τόν τε οἶκον αὐτῆς ἐπὶ τῆς πόλεως δείκνυσθαι καὶ τῆς ὑπὸ τοῦ σωτῆρος εἰς αὐτὴν εὐεργεσίας θαυμαστὰ τρόπαια παραμένειν Sozomen. V, 27. Χριστοῦ ἄγαλμα ὃ τοῦ πάθους ἀπαλλαγεῖσα ἀνέθηκεν ἡ αἱμοῤῥοοῦσα), quia Christi et apostolorum effigies a *gentilibus* servatas ipse *viderit* (ἱστορήσαμεν, nisi illud vertere velis *audire*. Cf. quae monui ad Eus. H. E. VIII, 3 not. 1.), deinde ne hoc quidem diserte affirmat Eusebius, ipsas imagines gentiles cultu divino honorasse, imo solum Christum et apostolos per illas ab illis esse cultos haud tecte significat (οἷα σωτῆρας — τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον), denique quamvis tum commentum illud de statua noster crediderit (vid. pag. 397.), tum gentiles per imagines Christum et apostolos tanquam σωτῆρας voluisse colere, male sibi persuaserit, cum eiusmodi imagines habere sane potuerint gentiles neque vero simul illa veneratione prosequi Christum et apostolos (cf. Gesner. de aetate et auctore

Philopatridis dissert. p. 9. p. 48. praemissa edit. dialogi et locus insignis Augustin. de consensu evangel. I, 10. quem explanat Cramer. Fortsetzung des Bossuet Tom. IV. p. 441.), tamen omnia illa minime eo consilio facile proferre poterat Eusebius nec protulit ut idololatriam eiusque antiquitatem et necessitatem probaret, sed eam tantum ob causam historiae suae intexuit, quia Christi et apostolorum honos illis quoque augeri, religionis Christianae praestantia inde quoque apparere posse ipsi videbatur. Vid. Cramer. l. l. p. 451. „*Allein wäre es auch erwiesen, dass sie* (die Bildsäule) *ein Statüe des Heilandes gewesen wäre, so folgte doch nicht daraus, dass die Christen vor ihr niederfallen und sie anbeten müssten. Könnte wohl ein Sprung im Schliessen grösser seyn als dieser? Dass man vor dem Heilande, als er auf der Erde wandelte, niederfallen, und ihn anbeten können, das wird niemand läugnen; eben so wenig, als dass es unsündlich sey, eine solche Handlung in Erzt abzubilden. Aber eine kniende Bildseule vor der Statüe eines Wohlthäters beweist so wenig, dass lebendige Menschen dasjenige, vor dem sie kniet, anbeten müssen, als eine Bildseule, die einen zärtlichen Ehemann vorstellt, wie er seine Gattinn umarmt, ein Beweiss ist, dass Ehemänner schuldig sind, die Bildseulen ihrer Gattinnen zu umarmen.*" Ibid. p. 453. „*Eusebius hielt es für seine Pflicht, nichts aus seiner Geschichte auszulassen, was dem Christenthume zur Ehre zu gereichen schien, und darum vergass er auch das Gerücht von der Bildseule nicht, welche Christo in der Stadt Paneas aufgerichtet seyn sollte. Denn ein solches Gerücht bewies das Alterthum der Geschichte von der wunderthätigen Heilung des blutflüssigen Weibes. A b e r E u s e b i u s w a r w e i t d a v o n e n t f e r n t, s i e z u m B e w e i s e v o n d e m A l t e r t h u m e d e r B i l d e r a n b e t u n g a n z u f ü h r e n.*" Cf. Fabricii cod. apocryph. N. T. Tom. III. p. 446 not. c. Ac similiter Eusebius poterat male credere et narrare gentiles habuisse Christi et apostolorum imagines atque per illas Christum et apostolos esse cultos a gentilibus, sed minime inde potest colligi Eusebium favisse idololatriae, imo vel haec commemoranda nostro visa sunt, quia quamvis non satis recte tamen cultum esse adeo a gentilibus Christum et apostolos inde appareret. Rem denique conficit illud, quod Eusebium idololatriae sese opposuisse constat. Vid. Cramer. l. l. p. 476. „*Die constantinopolitanische Kirchenversammlung hatte eine Stelle aus dem Eusebius von Caesarea w i d e r den Bilderdienst angeführt* (Cf. Cramer. l. l. p. 460. Concil. Nic. II. Act. 2. 8.). *Sie war so deutlich, dass die nicaenische nichts darauf zu antworten wusste. Sie erklärte ihn also für einen Arianer, als wenn ein Ketzer niemals die Wahrheit sagte, oder nicht ein gültiges Zeugniss für die Ceremonien seiner Zeit ablegen könnte.*"

Quae cum ita sint, nova nobis inde causa suppeditatur, cur lectio ἀπαραφυλάκτως prorsus spernenda sit et reiicienda. Nam si ipsum illud de quo statim sermo erat, Eusebii consilium spectaverimus, eum ut non opus habuerit iusto magis probare et laudare illam gentilium consuetudinem, id quod nec fecit, ita eundem non potuisse apertius improbare et damnare, concedendum erit. Sed hoc ipsum Eusebius fecisset, si gentiles ἀπαραφυλάκτως, i. e. *temere*, Christum et apostolos illo modo coluisse dixisset. Accedit quod ineptam esse lectionem ἀπαραφυλάκτως, ipse Valesius et Strothius sensisse videntur. Ille enim vertit: *absque ullo discrimine*, hic: *ohne allen Unterschied*, quae quidem interpretationes aperte potius conveniunt voci ἀπαραλλάκτως quam verbo ἀπαραφυλάκτως. His igitur de causis illud scribendum esse censeo. Insolentiorem vero vocabulo ἀπαραφυλάκτως significationem et quae quamvis nostro loco ipsum ἀπαραφυλάκτως legendum putetur, tamen illi minime conveniat, tribuit Euseb. demonstrat. evang. I, 6. ubi haec leguntur: *εὕροις δ' ἂν καὶ τὸν Ἰωσὴφ πρὸ τῶν Μωσέως χρόνων ἐν τοῖς Αἰγυπτίων βασιλείοις ἀπαραφυλάκτως ἀλλ' οὐκ Ἰουδαϊκῶς ἀχθέντα* i. e. neglecto more Iudaico, ἀπαρατηρήτως, ut statim sequitur, *οὐκ Ἰουδαϊκῶς*. Similiter ἀφυλάκτως insolentius usurpat Euseb. H. E. VI, 9. ubi vid. Vales. not. 6. et aut Christophorsoni aut Rufini et Valesii interpretatio tenenda est. Neque enim *incaute*, *temere* ἀφυλάκτως ibi potest verti. Non multum vero differt a priorum explicationibus Strothii, „*ohne Scheu*" ἀφυλάκτως reddentis. Adde Irmisch. ad Herodian. IV, 13. Tom. II. p. 1016 sq. VI, 5. Tom. III. p. 380.

Animadvertenda iam sunt nonnulla de verbis ὡς εἰκὸς τῶν παλαιῶν — οἷα σωτῆρας ἐθνικῇ συνηθείᾳ παρ' ἑαυτοῖς τοῦτον τιμᾶν εἰωθότων τὸν τρόπον. Constat autem non solum gentiles, sed etiam Christianorum sectas satis mature in cultu quodam imaginum magnopere sibi placuisse, et nominatim Gnosticos atque ex his Carpocratianos maxime Christi effigies vel coloribus depictas vel ex auro, argento aliave materia confectas una cum Pythagorae, Platonis, Aristotelis imaginibus studiose servasse et coluisse. Vid. Fuldneri de Carpocratianis in: Dritte Denkschrift der hist. theol. Gesellschaft zu Leipzig p. 267 sqq. cf. Cramer. Fortsetzung des Bossuet Tom. II. p. 522 sq. Tom. IV. p. 437. Ex Gnosticorum vero scholis quamvis manasse non putem superstitiosam illam λατρείαν ad Christianos, quod statuunt Iablonskius dissert. de origine imaginum Christi domini in ecclesia Christiana Opuscc. Tom. III. p. 377 sqq. ed. Te Water., Ioannes Reiskius exercit. VII. de imaginibus Christi cap. I. §. 1. et Fuldnerus l. l. p. 270., cum mihi probabilius videatur ex nimia erga gentilium consuetudines et ceremonias indulgentia et religionem Christianam quali tandem cunque ratione commendandi studio tum haeretico-

rum tum orthodoxorum Christianorum venerationem imaginum tanquam ex suo fonte fluxisse (cf. Cramer. l. l. p. 438.: „*Man hatte im vierten, fünften und sechsten Jahrhunderte eine grosse Nachsicht gegen viele heidnische Gebräuche; und diese Nachsicht war eine von den vornehmsten Ursachen des Reliquiendienstes*), tamen satis auctam illam inde esse et confirmatam seriori tempore, vix poterit negari. Quod vero praeterea scribit Fuldner. l. l. p. 270 not. 19.: „*Ex Carpocratianorum secta repetenda esse videtur origo imaginum Christi, Petri et Pauli, quas sese vidisse Eusebius dixit Lib. VII. c. 18.*" quo, si recte interpreter verba Fuldneri, hoc ille affirmat, *gentiles* illos, quos habuisse Christi et apostolorum imagines, Eusebius se vidisse refert, Carpocratiana idololatria inductos esse, ut ipsi quoque eiusmodi imagines sibi compararent, illud igitur satis puto improbabile. Quamvis enim cum Moshemio credere velimus quod credidit probabiliter Eusebius, gentiles vere voluisse colere illis imaginibus Christum et apostolos (cf. Moshem. institt. histor. Christianae maior. secul. I. p. 108 sq. dissertt. ad histor. eccles. pertt. Vol. I. p. 357 sqq. ed. III. cf. p. 358. „*Eusebius complures ethnicorum, ut quamcunque venerationis significationem facerent, Christi et legatorum eius effigies curate admodum non sine cultu adservasse perhibet*"), tamen ut ipse Eusebius profitetur, ἐθνικῇ συνηθείᾳ ad illum cultum longe facilius poterant induci. An Fuldnerus illud potius sibi voluit, Eusebium *reapse* vidisse nihil nisi imagines Christi et apostolorum quas *Christiani* habuerint, quamvis ipse vidisse sese dicat vel imagines quas *gentiles* asservarint, illam vero *Christianorum* idololatriam ex Carpocratianorum schola videri repetendam? Si haec est V. D. sententia, tum vero equidem ea repetenda puto, quae antea de origine idololatriae cui ipsi Christiani sese dediderunt, dixi. Porro animadvertendum est Moshemium l. l. pro verbis τοὺς πάλαι scripsisse τοὺς πολλοὺς, sed qua de causa, nescio, nisi forte typothetae tantum vitio ibi ita scriptum est. Denique falso ex mea sententia vertit Valesius: „Quippe prisci illi — *cunctos* de se bene meritos — colere huiusmodi honoribus consueverunt." Neque enim h. l. Eusebius dicit, in universum omnes bene de ipsis meritos sine discrimine gentiles ita coluisse, imo restringit illud ad solum Christum et apostolos, atque hos ἀπαραλλάκτως tanquam σωτῆρας honoratos illo modo esse a gentilibus ex consuetudine quadam dudum apud eos recepta, refert. Eadem est sententia Strothii, qui recte vertit: „*Sintemal die Alten* (gentiles) — *diese Männer* (Christum et apostolos) *als Erretter, auf diese Art bey sich zu verehren pflegten.*" Quomodo autem Rufinus Eusebii verba acceperit, non satis liquet. Vertit enim: „Sed et antiquas ipsorum (Petri et Pauli et Christi) imagines a quibusdam conservatas nos vidimus

quod mihi videtur ex gentili consuetudine indifferenter observatum, *quod ita solent honorare quos honore dignos duxerint.*" Et statim addit Rufinus quae apud Eusebium quidem non leguntur: „Insignia enim *veterum* reservari ad posterorum memoriam, illorum honoris, horum vero amoris indicium est." Ceterum non magni refert utram explicationem praeferas.

Restat iam ut pauca certe addamus sigillatim de verbis διὰ σωτῆρας. Multum vero haud dubie uno illo σωτῆρος verbo dixit Eusebius, neque possum non primum adscribere nonnulla eorum quae egregie de ampla vocis σωτὴρ potestate disputavit Paulus Commentar über das N. T. Tom. I. p. 63 sq.: „*Der Name* Σωτὴρ *war auch Griechen und Römern, denen das Nationale der Messiasschaft nicht bekannt seyn konnte, die vielsagendste Definition davon. — — Denn* Soter *war ihnen das umfassendste und höchste Wort für einen* Retter, Wohlthäter, Beglücker. *Einst hatten die Griechen nur den Göttern selbst diesen vielumfassenden Beynamen gegeben.* Διὶ σωτῆρι καὶ Ἀθηνᾷ σωτείρᾳ *Diogen. Laërt. de Aristotel. Vs.* 16. (Cf. Euripid. Hercul. Fur. v. 515 sq.; Callimach. hymn. in Dian. v. 129 — 134.) *Die Schmeicheley trug ihn auf Menschen über; aber immer als die höchste Stufe rühmwürdiger Praedicate. — — Schmeicheley der Athenienser war es, dass sie die Könige Antigonus und Demetrius* σωτῆρας *ἀνέγραψαν θεούς; Plutarch. in Demetr.* S. 893. *Die Schmeicheley der Sicilianer:* τὸν μὲν Δίωνα σωτῆρα καὶ θεὸν ἀποκαλοῦντες *u. bey Dio p.* 978. *B.* — — *sehr charakteristisch ist die nicht selten vorkommende Gradation:* πατέρα, καὶ σωτῆρα καὶ θεὸν, καὶ πάντα τὰ τιμιώτατα ὀνομάζοντες *Dionys. Halic.* X, 46." Cf. idem Paulus l. l. p. 172 sq. ad Luc. II, 30. 1 Timoth. I, 1. II, 3. IV, 10. Tit. II, 10. Acton. VI, 12. Euseb. H. E. II, 10 p. 121. ὁ θεὸς ὑμῖν ἐγὼ, φησὶν, u. l. Sueton. Domitian. c. XIII. Saepe vero coniungunt veteres et ipsi patres ecclesiastici σωτῆρ et εὐεργέτης aliaque vocabula. Vid. Plutarch. Pelopidas c. XII. ἐπεμέμων τοὺς ἄνδρας, ὡς σωτῆρας καὶ εὐεργέτας. Themist. orat. IV: οὗτος ἄν ὁ τέλειος νομίζοιτο καὶ ἀληθὴς σωτὴρ τε καὶ εὐεργέτης. Demosthen. orat. pro coron. φίλον, εὐεργέτην, σωτῆρα τὸν Φίλιππον ἡγοῦντο. Polybius de Antigono: οὐ μόνον ἐκρίθη παρ' αὐτὸν τὸν καιρὸν εὐεργέτης, ἀλλὰ καὶ μεταλλάξας σωτήρ. Plutarch. Camillus c. X. τὸν δὲ Κάμιλλον σωτῆρα καὶ θεὸν καὶ πατέρα ἀνακαλοῦντες Flamininus c. XVI. ext. Sylla c. XXXII. Basilius Sel. orat. XV. ἵνα μὴ μόνον τοῦ βασιλέως σωτὴρ ὁ Δαβίδ, ἀλλ' ἤδη καὶ τοῦ παντὸς Ἰσραὴλ εὐεργέτης ἀναδειχθῇ. Euseb. H. E. IX, 9. οἷα λυτρωτήν τε καὶ σωτῆρα καὶ εὐεργέτην. Vit. Const. I, 38 ext. IV, 65. Locum classicum de vi vocis σωτὴρ exstare constat in Cicer. Verr. II, 63.: „C. Verrem *non solum* patronum *Siciliae, sed etiam* Sotera inscriptum vidi Syracusis. Hoc quantum est? *ita magnum ut Latino uno verbo ex-*

primi non possit; is est nimirum Σωτήρ, qui salutem dedit.“ Cf. interpp. ad h. l. Ernesti Clav. Cic. s. v. *Soter*. Lecta praeterea digna sunt, quae docte disputat de hoc ipso Ciceronis loco et de discrimine verborum Latinorum *Servator* et *Salvator* Bengel. in nott. ad Chrysostom. de sacerdot. IV, 1, 360 p. 451 — 458. cf. p. 453.: „*Mirum potuit quidam videri, cum ipsum nomen* S o t e r *primis seculis, non una cum vocabulis Graecis* a n g e l u s, b a p t i s t a, b r a b e u m, e c c l e s i a, p a r a c l e t u s, *aliisque innumeris fuerit Latina civitate donatum, praesertim cum Latine dixerint* S o t e r i a (cf. Ernesti ad Sueton. Tiber. c. XXXI. not. c.): *cuius rei hanc videmur animadvertisse causam, quod Valentiniani usum vocabuli* S o t e r, *ut ex Tertulliano constat, occupassent.* — — *Idem Tertullianus* S a l u t i f i c a t o r e m *solitus est dicere: cuius scripta ill quatuor habent locis totidem dicta Pauli περὶ τοῦ σωτῆρος interpretantibus.*“ Cf. Isidor. Origg. VII. „Verbum *Salvator* Latina lingua antea non habebat, sed habere poterat; sicut potuit, quando voluit.“ *Conservatoris* vocabulo verbum σωτῆρος reddidit Arnob. adversus gentes VII, 45. cf. Herald. ad h. l. P. II. p. 453. ed. Orell. Praeterea vid. Suicer. Thesaur. Tom. II. p. 1220 sq. Le Moyne in varr. sacr. Tom. II. p. 126 sqq. Spanheim. de usu et praestant. numm. dissert. VII. p. 416. XII. p. 660. Lipsius ad Tacit. Anall. XV, 64. XVI, 35. Wesseling. ad Diodor. IV, 3. Wetsten. ad Luc. II, 11. Fischer. ad Aeschin. Socr. I, 12. Cognatus autem est usus verbi ἰατρὸς apud patres ecclesiasticos, quorum isti comparant et quem vocant Christum. Vid. Euseb. H. E. X, 4., ubi Christus dicitur ὁ ζωοποιὸς, ὁ φωταγωγὸς, ὁ μέγας ἡμῶν ἰατρὸς, καὶ βασιλεὺς καὶ κύριος. Ibid. p. 219. ὅτι δὴ μόνος οἷα παναγάθου πατρὸς μονώτατος ὑπάρχων παναγαθοῦ παῖς — τὸν ἐν φθορᾷ κάτω που κειμένων ἡμῶν εὖ μάλα προθύμως εἰσοδὺς τὴν φύσιν, οἷά τις ἰατρῶν ἄριστος, τῆς τῶν καμνόντων ἕνεκεν σωτηρίας ὁρᾷ μὲν δεινὰ, θιγγάνει δ᾽ ἀηδῶν, etc. de laudibus Constant. c. XI. p. 1174. c. XIV. p. 1205. ed. Zimmerm. Atque idem Euseb. demonstrat. evang. IV, 10 p. 162. ed. Montacut. ὁ σωτὴρ καὶ ἰατρὸς τῶν ὅλων de Christo dicit. Ibid. p. 164. ταῦτα ψυχῶν ἐμπαθῶν θεραπείαν ἐπαγγέλλεται, σωτὴρ καὶ ἰατρὸς εἰκότως ἂν λέγοιτο. Chrysostom. de sacerdot. IV, 1, 361. ὁ γὰρ ἰατρὸς (Christus) οὐχ ἵνα σε κατακρίνῃ μᾶλλον, ἦλθε θεραπεύσων, ἀλλ᾽ ἵνα ἀπαλλάξῃ τῆς νόσου τέλεον. Quos locis adde eis Suiceri Thesaur. T. I. p. 1433 sq. II. 1. cf. Arnob. adversus gentes I, 65. P. I. p. 45. ed. Orell. Denique memoratu haud indignum, in Euseb. H. E. I, 13 p. 80. pro verbis σωτῆρι ἀγαθῷ MS. Bodleianum a Grabio inspectum exhibere ἀγαθῷ ἰατρῷ. Quod quidem ipsum, si audire velis Fabricium in codic. apocryph. N. T. Tom. I. p. 317 not. o., ab aliquo profectum sit, qui nomen σωτῆρος non alio sensu accepit quam ἰατροῦ sensu quidem vulgari et proprio, satis incredibile esse a

regulo ethnico pro servatore generis humani statim Iesum esse habitum. Sed haec Fabricii coniectura mihi satis improbabilis videtur, ex iis contra quae antea attuli, longe veri similius, σωτῆρι de Christo ad aeternam salutem homines adducente nescio quem esse interpretatum, sed ἰατρῷ eum scripsisse, ut paulo rarius illo modo et insignius de Christo dictum. An scribendum est Ἰησοῦ σωτῆρι καὶ ἀγαθῷ ἰατρῷ? Namque certe Eusebium alibi coniungere etiam vocabula σωτῆρος et ἰατροῦ de Christo improprie usurpata, loci ex demonstratione evangelica supra laudati evincunt. Similiter Paulum cum medico contendit loco satis nobili Chrysostom. Tom. II. p. 499. A. B. coll. p. 502. C. D. E. ed. Montef., et clericos Euseb. H. E. VII, 32 p. 417. p. 424. cf. II, 17 p. 141 sq. Similia vero passim. Cf. Dorville ad Charit. p. 355. Valckenar. ad Euripid. Hippol. v. 1372 p. 313. Euripid. Ion. v. 739 sq. Clemens Alexandr. paedag. p. 95. ubi baptisma vocatur παιώνιον φάρμακον. Plutarch. Vol. VI. p. 449. ed. Reisk. τὸ ἀλγοῦν τῆς ψυχῆς ἀποθεραπεύειν παιωνίοις λόγων φαρμάκοις. Euseb. H. E. VI, 43 p. 267. τοὺς δὲ — ἰᾶσθαι καὶ θεραπεύειν τοῖς τῆς μετανοίας φαρμάκοις. Seneca de ira I, 5, 5 sq. ed. Ruhkopf. et Gataker. ad M. Anlonin. p. 139 sqq.

EXCURSUS XI.

ad

Euseb. Histor. Eccles. VII, 19.

(Tom. II. p. 348 sq.)

Quaerendum est primum, quo sensu vocabulum θρόνος ab Eusebio dictum sit. Facile autem patebit, nullo nisi proprio sensu illud dictum esse, neque quenquam, ut Euseb. H. E. VII, 32. sed male θρόνος interpretatus est Suiceri. Thesaur. Tom. I. p. 1410. 2., de *regimine* seu *administratione ecclesiastica* (cf. Luc. I, 32. Raphelius observv. Herodot. p. 214.) posse interpretari. Ut enim taceam minime posse deinde nec nostro loco nec VII, 32. intelligi, cur et quo sensu adiecerit Eusebius verba *εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον*, impropriam illam explicationem h. l. prorsus esse reiiciendam, luculentissime praeterea apparet ex eo quo caput XIX. cum c. XVIII. cohaeret, arctissimo nexu. Cum enim antea dixisset Eusebius, minime mirum esse posse, *gentiles* eiusmodi honore quali illam mulierem Paneadensem, Christum honorasse, cuius rei duplicem affert causam, primum, quia ipse viderit imagines Christi et apostolorum a gentilibus studiose asservatas, deinde, quod nihil nisi morem apud ipsos receptum et usu quodam sancitum in eo secuti sint gentiles, capite XIX. tertiam addit causam (particula enim *γὰρ* referenda est ad verba cap. XVIII. *Καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν — πεποιηκέναι* et pessime Strothius *γὰρ* plane omisit in vertendo, melius certe vertente Valesio: *sane et* etc.) eandemque in eo positam, quod ipsi *Christiani* Hierosolymitani (*οἱ τῆδε — ἀδελφοὶ*) more quodam tradito et antiquitus valente (*κατὰ διαδοχὴν*, *inde a maioribus*, ut Valesius, *von jeher*, ut melius vertit Strothius) *sellam* Iacobi qui primus Hierosolymorum episcopus ab ipso servatore et apostolis fuerit constitutus, ad sua usque tempora conservatam (*εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον*) venerentur (*περιέποντες*), quo ipso simul quanta veneratione *Christiani* quoque tum antiquiores tum sui temporis (*οἵ τε πάλαι καὶ οἱ εἰς ἡμᾶς*) sanctos qualis fuit Iacobus, ob ipsorum erga deum amorem prosequantur, luculenter appareat. Quae cum ita sint, illud quidem non puto negari posse, Eusebium h. l. tradere Christianos Hie-

rosolymitanos tum primo post Christum natum tum suo tempore viventes sellam Iacobi relictam coluisse et colere neque dubia cultus reliquiarum certe Eusebii aetate iam vigentis vestigia h. l. posse deprehendi. Cf. STROTH. Uebersetzung des Euseb. Tom. I. p. 553. not. 9., ubi ad verba *σώζόν τε καὶ ἀποσώζουσι σέβας* V. D. observavit haec: „*Eine sehr kindische Ehre, die nur bey schwachen Köpfen und einem übel unterrichteten Verstand etwas gelten kann. Wir finden also hier schon die deutlichsten Spuren des eingerissenen Reliquien-Unwesens, und der dabey obwaltenden frommen Betrügerey. Es hätte mehr als Ein Wunder geschehen müssen, wenn bey der Zerstörung Jerusalems der Stuhl des Jacobus hätte gerettet werden sollen: man hatte auch wohl nichts wichtigeres zu retten, als einen Stuhl! Hierzu kommt noch diess, dass die Idee von einem bischöflichen Stuhl viel später ist. Man kann also leicht erachten, was für eine Bewandniss es mit diesem aufbewahrten und hochgehaltenen Stuhl gehabt. Man kann leicht erachten, wie gross die Vollkommenheit der Christen gewesen, die dergleichen Dinge hochgehalten.*“ Cf. VALESIUS ad Euseb. H. E. VII, 32 not. 46.

Sed restat ut dispiciamus, utrum crediderit ipse Eusebius commentum istud de sella Iacobi. Qua de re DANZIUS quidem et KESTNERUS nihil animadverterunt, sed MOELLER. de fide Euseb. C. p. 61.: „*Credidit quoque*, inquit, *Eusebius aequalium commentis cathedram Iacobi — ad sua tempora conservatam narrantium*“ et REUTERDAHL. de foutt. hist. eccl. Eus. p. 48 sq.: „*Sellam Iacobi Iusti usque ad tempora Eusebii conservatam fuisse, tradiderant οἱ κατὰ διαδοχὴν περιέποντες ἀδελφοὶ (VII, 19.).*“ At enim vero equidem hoc minime probatum puto. Quamvis enim Eusebius magnum saepius et iusto maiorem orthodoxorum et martyrum laudatorem et admiratorem (vid. II, 1 not. 13. IV, 15 not. 40. et totus de martyribus Pal. liber. cf. CRAMER. Fortsetzung des Bossuet Tom. IV. p. 288.), miraculorum etiam satis credulum defensorem et propugnatorem (vid. III, 37 not. 4. et Excurs. II. init.) sese gesserit, quamvis commenta illa de muliere *αἱμοῤῥοούσῃ* et gentilibus Christum et apostolos per imagines colentibus temere crediderit (cf. Excurs. X.), quamvis denique vixerit eo tempore quo stupida fides in reliquias satis creverat (vid. CRAMER. l. l. Tom. IV. p. 285 sqq. p. 289 sqq. p. 307.), tamen ipsum eadem superstitiosa fide in reliquias captum fuisse, neque ex historia ecclesiastica et sigillatim ex libro de martyribus Palaestinae nec e libris de vita Constantini magni neque ex aliis eius scriptis constat. Cf. Euseb. H. E. VIII, 6 not. 6. CRAMER. l. l. p. 310. Similiter reliquias quasdam miraculorum Narcissi vere superfuisse sua aetate credidisse Eusebium (vid. H. E. VI, 9.), minime certum est, quamvis miracula ab illo episcopo patrata pro-

babiliter crediderit (vid. quae annotavi ad Euseb. H. E. VI, 10 not. 4.) et vel prioris illius superstitionis accuset Eusebium Reuterdahl. de fontt. hist. Euseb. p. 40. Neque vero ipsa rei ratio magis probat, eum qui coluerit cum maxime martyres, necessario agnoscere debuisse reliquias, quam qui reliquias, colere martyres. Cf. Cramer. l. l. p. 376.: „*Die Christen giengen im fünften Jahrhunderte in der Verehrung der Reliquien viel weiter als im vierten.; man sollte deswegen glauben, dass sie in der Anbetung der Heiligen auch weiter gegangen seyn würden. Allein die Geschichte bezeugt das Gegentheil.*" Quocirca fateor me potius proclivem esse ad credendum, Eusebium quamvis suae aetatis homines illam de sella Iacobi opinionem foverent, tamen ab ea fuisse alienum, ita ut verba *Ἰακώβου θρόνον εἰς δεῦρο πεφυλαγμένον* vertenda sint: *Iacobi sellam — quae adhuc ex opinione quidem aliorum servata est* et similiter VII, 32. *Ἕρμων — — τὸν εἰσέτι νῦν ἐκεῖσε πεφυλαγμένον ἀποστολικὸν διαδέχεται θρόνον*: Hermon — apostolicam cathedram quae illinc etiamnum, *ut putant*, servatur, obtinuit. Cf. Euseb. H. E. II, 1 p. 92. *Ἰάκωβον — πρῶτον ἱστοροῦσι τῆς ἐν Ἱεροσολύμοις ἐκκλησίας τὸν τῆς ἐπισκοπῆς ἐγχειρισθῆναι θρόνον* i. e. sellam episcopalem, ubi vero nihil tradit Eusebius de opinione illa. Cui si non adhaesit Eusebius, sequitur sane, eum nec credere potuisse, cultum illum sellae Iacobi fuisse antiquum et primis Christianis Hierosolymitanis proprium (*οἱ κατὰ διαδοχὴν περιέποντες τῇδε ἀδελφοί*), siquidem usque ad tertium post Christum seculum Christiani reliquias aut plane negligebant (vid. Cramer. l. l. Tom. II. p. 501 — 504.) aut certe non divino cultu honorabant sed nonnisi nimio quodam fervore et *ἐνθουσιασμῷ* hoc in genere interdum agitabantur. Vid. Cramer. l. l. p. 511 sq. p. 517 p. 523. cf. Euseb. H. E. IV, 15 not. 38. VII, 22. Quare antiquitus illum cultum Hierosolymis viguisse, finxisset adeo in Christi scilicet gloriam Eusebius. Quidquid vero sit, et quamvis adeo largiri velim, ipsum Eusebium sellam illam Iacobi in pretiosarum reliquiarum numero habuisse, tamen illud certe ex hoc cap. XIX. non demonstrari potest, eum reliquias superstitioso cultu esse prosecutum. Nam quamvis ipse vere coluisse referat illam sellam Christianos Hierosolymitanos, tamen inde non sequitur, ipsum eodem modo coluisse reliquias, imo ut ea quae de imaginibus cap. XVIII. tradidit, eo tantum consilio illud tradidisse credendus erit, ut religionis Christianae laus ac dignitas eo augeretur, id quod vel inde patet quod arctissimo nexu cohaeret cap. XIX. cum cap. XVIII., quem indicavi supra pag. 412. Hinc etiam *ἀξιόχρεων* quod additur in fine capitis post *ἀποσώζουσιν* (*ἀξιόχρεων σέβας*, *debito* honore, ut vertit Vales.) in libris quibusdam et a Strothio ac Zimmermanno, non tam propterea reiiciendum puto cum Valesio quod illud sit supervacaneum, sed potius quod additum videtur ab iis qui Eusebium si-

militer hoc loco aut plane non aut non satis approbasse cultum reliquiarum aegre ferebant quam cap. XVIII. ἀπαραφυλάκτως debetur ex nostra sententia iis qui Eusebium aut plane non aut non satis impugnasse cultum imaginum dolerent. Cf. Excurs. X. p. 405. Contra Caesareensis episcopus egregie summum consilium suum capite utroque tenuisse et sibi constitisse censendus est, cum aut nimium quantum et vehementius taxare cultum imaginum aut reliquiarum laudare ipsi non esset opus. Neque igitur si rem *hoc* modo spectaveris, prudentiam ostendisse Eusebium in iis quae cap. XVIII. et XIX. narravit, contra Danzium (vid. Excurs. X. p. 397.) negabis. Sed haec hactenus. Illud unum placet addere, κατὰ διαδοχὴν h. l. haud dubie esse interpretandum *more tradito, antiquitus recepto*, atque inde patere nec Danzium de Euseb. p. 118. nec me ad Euseb. H. E. III, 25 not. 8 p. 248. debuisse affirmare, vocabulum διαδοχῆς in Eusebio nonnisi de successione in munere usurpari. Imo ea quae ibi monui, ita restringenda erunt, ut affirmetur verbo illo Eusebium plerumque de successione in munere, nunquam de traditione quam Pontificii somniant, id est, de ea quae cum aliis suprema lex et norma esse debeat in constituendis dogmatibus et ceremoniis ecclesiasticis, perraro de more et consuetudine quasi quadam successione tradita et hoc modo velut sacrata uti atque hoc sensu διαδοχὴν usurpari tum ab ipso Eusebio eo loco de quo agimus, tum ab anonymo scriptore apud Euseb. H. E. V, 16 p. 75., ubi Montanus vaticinatus esse dicitur παρὰ τὸ κατὰ παράδοσιν καὶ κατὰ διαδοχὴν ἄνωθεν τῆς ἐκκλησίας ἔθος i. e. *praeter morem atque institutum ecclesiae a maioribus traditum et continua deinceps successione propagatum*, ut vertit Valesius, *wider die alte hergebrachte Weise und Ueberlieferung der Kirche*, ut melius Strothius. De quo loco praeterea cf. Merkel. historisch-kritische Aufklärung der Streitigkeit der Aloger p. 54 sqq. not. h.

EXCURSUS XII.

ad

Euseb. Histor. Eccles. VII, 22.

(Tom. II. p. 382.)

Male retractare sententiam suam Valesium, cum prorsus obstent verba sequentia: *μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι*, satis luculenter apparet. Sed placet h. l. paulo accuratius exponere de variis vocis *περίψημα* significationibus. Primum enim ac proprie illud verbum eodem modo quo cognatum *κάθαρμα* dicebatur de sordibus quae ex conclavibus removentur, a vestibus abstergentur. Cf. Philipp. III, 8. Deinde vero *περίψημα* et *κάθαρμα* vocabatur illud quo aliquid expiatur ac purgatur, piaculum et omnia quae pro aliorum salute in rebus dubiis et casu quodam graviori qualicunque ratione devovebantur. Ita Suidas s. v. *περίψημα*, inquit, *κατάμαγμα. — ἀπολύτρωσις. Οὕτως ἐπέλεγον τῷ κατ' ἐνιαυτὸν συνέχοντι τῶν κακῶν περίψημα ἡμῶν γενοῦ, ἤτοι σωτηρία, καὶ ἀπολύτρωσις, καὶ οὕτως ἐνέβαλον τῇ θαλάσσῃ, ὡσεὶ τῷ Ποσειδῶνι θυσίαν ἀποτιννύντες.* Et Hesychius *περιψήματα* explicat *ἀντίλυτρα*. Scholiastes autem ad Aristoph. Plut. v. 454. haec affert: *καθάρματα ἐλέγοντο οἱ ἐπὶ καθάρσει λοιμοῦ τινος, ἤ τινος ἑτέρας νόσου θυόμενοι τοῖς θεοῖς.* Praeterea vid. Achill. Tat. III. p. 193. V. p. 323. ed. Salmas. Wetsten. N. T. Tom. II. p. 114. L. Bos. Exercitt. Philonn. in N. T. p. 125 sq. Wolf. Curae Philoll. T. II. p. 358. Bauer. bibl. Theologie des N. T. Tom. IV. p. 111 sq. Schulz. Commentar ad 1 Corinth. IV, 13 p. 62. cf. Le Moyne varr. sacrr. T. II. p. 580 sqq. Langus ad Nicephor. VI, 20 p. 205. Michael. Apostolius Centur. XVI. Kuehn. et Iungermann. ad Polluc. VIII, 9, 104. p. 923 sq. ed. Hemsterh. Lehmann. index Lucian. Charon. p. 114. Voigtlaender. ad Lucian. diall. mortt. p. 3 sq. not. i. et index s. v. *κάθαρμα*. Affinis secundae huic verborum *περίψημα* et *κάθαρμα* significationi vis vocis *ἀνάθεμα* in epistola Pauli ad Rom. IX, 3. (cf. Teller. Wörterbuch des Neuen Testaments s. v. *Fegopfer*, *Fluch* p. 139. p. 149. ed. III. Tholuck. ad l. l. epistolae Pauli ad Romanos), et Hebraicum כֹּפֶר

ac כַּפֹּרֶת v. c. Ies. XLIII, 3. נָתַתִּי כָפְרְךָ תַּחְתֶּיךָ. Sed sequitur iam tertia verbi *περίψημα* et *κάθαρμα* significatio et quae ex secunda sua sponte fluxerit. Cum enim omnia illa quae in piaculis usurpabantur, pro impuris haberi solerent, factum inde est, ut missa illa auxilii et salutis s. *ἀπολυτρώσεως* notione tribueretur illi verbo significatio turpior ac peior et qua de vilissimo et abiectissimo quoque homine dici illud coeptum est. Hinc Suidas non male *περίψημα* explicat *ὑπὸ τὰ ἴχνη* et eodem modo Hesychius *ὑπὸ τὰ ἴχνη πάντων*, qui vero simul melius quam Suidas tertio loco hanc verbi *περίψημα* vim collocavit, qua utitur etiam vox *κάθαρμα*. Vid. Lucian. diall. mortt. II, 2. X, 14. XX, 3. ed. Voigtlaender. Lucian. Charon. §. 10. ed. Lehmann. et quae praeterea loca hic V. D. laudat in indic. Charon. p. 114. 1 Corinth. IV, 13. Stephanus in Thesaur. s. v. *κάθαρμα*. cf. Valesius ad Euseb. de laudib. Constant. c. XVI. Kuehn. et Hemsterhuis. ad Polluc. V, 46, 162 p. 559. Latini similiter dicunt *purgamentum* (vid. Curt. VI, 11. *purgamenta* servorum i. e. servorum abiectissimi), *propudium* et *sterquilinium*. Vid. Terent. Phorm. III, 2, 41. Plaut. Poen. I, 2, 81. cf. Cicer. Philipp. XIV, 3. Salmasius ad Tertullian. de pallio p. 332 sqq. Inde denique ortam puto quartam verbi *περίψημα* significationem, quam apud homines suae aetatis in usu fuisse docet h. l. Dionysius et qua *officiosae duntaxat comitatis* erat illud vocabulum, ut egregie vertit verba *μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι* Valesius. Qua quidem in re meminisse sufficit similium appellationum, quas nostrates solent vel in congressu vel in epistolarum subscriptionibus usurpare, quibus quid plerumque subsit, quotidianus vitae usus potest docere. Iam vero ex his a me disputatis, quae significatio h. l. tribuenda sit voci *περίψημα*, modo orationis contextus simul consulatur, non poterit non intelligi. Cum enim statim antea scripserit Dionysius, dum saevierit pestis illa, multos intempestivius aegros invisentes atque assidue iis ministrantes mortem sibi contraxisse, statim vero addiderit, ab iisdem hoc modo illos curatos esse, verba illa *ἀπιόντες αὐτῶν πάντων περίψημα* nihil significare posse nisi: „decedentes e vita tanquam omnium illorum *et optimi quidem ministri*;“ certissimum esse censeo. Non plane respondet, sed satis cognata est ista verbi *περίψημα* vis ei quam supra secundo loco exposuimus et Suidas ac Hesychius per *σωτηρία* et *ἀπολύτρωσις* explanant. Valesius autem in vertendo *peripsema* retinuit, equidem tamen puto tum Latine tum Germanice satis apte etiam alio vocabulo vel pluribus verba illa *αὐτῶν πάντων περίψημα* posse reddi, modo deleganțur eiusmodi verba, quae in ipso Latino et Germanico sermone tum officiosae duntaxat comitatis esse, tum de vera qua quis alteri inservit, voluntate et studio dici possunt, id est quae tum secundam tum quartam verbi *περίψημα* significationem habere possunt. Ea autem verba Latina sunt haec: „*omnium eorum ad-*

dictissimi ministri seu clientes," Germanica: „*aller ergebenste Diener*". Contra satis infeliciter ex mea sententia vertit STROTHIUS: „*als allerunterthänigste Knechte.*" Hac enim locutione non solum magis significetur imperium ac potestas, cui quis subest et ex qua in agendo totus pendet, cum tamen illi homines aliorum περίψημα nonnisi sua voluntate fuerint, sed etiam in ea inest notio contemptus et despicatus, quae in illo περίψημα non magis cogitanda est, cum ne verbo quidem indicaverit Dionysius, contemptos et despicatui habitos esse illos, qui quam addicti fuerint aegrotis illis, ipsa vitae iactura tam luculenter illo tempore demonstrarunt. Melius reddidit ipse STROTHIUS verba ῥῆμα μόνης ἀεὶ δοκοῦν φιλοφροσύνης ἔχεσθαι πληροῦντες: „*sie erfüllten den gemeinen Ausdruck, den man sonst für ein blosses Compliment gehalten.*"

EXCURSUS XIII.

ad

Euseb. Histor. Eccles. VII, 30.

(Tom. II. p. 399.)

Vehementer exercuit et adhuc exercet VV. DD. quaestio, quae fuerint συνείσακτοι illae γυναῖκες Pauli Samosateni, quae ἐπείσακτοι illae, ἀγαπηταὶ s. ἀδελφαί, in quas publice privatimque detonuerint patres ecclesiastici, in quas legum suarum fulmina saepius coniecerunt imperatores adeo Christianorum. Praeter ea quae de illis adspersit I. LANGUS ad Nicephor. VI, 30 p. 486 et RHENANUS ad Rufinum, videnda sunt potissimum quae scripserunt CUIACIUS observatt. II, 29., SUICER. Thesaur. eccles. T. II. p. 1154 sqq. et in Observv. Sacrr. cap. XII., DODWELLUS in diss. Cyprian. tertia, MURATORIUS in Anecdd. Graecc. p. 218 sqq. SALIG. de diptychis veterum p. 293 sqq. ANONYMI dissertatio de commercio cum mulieribus subintroductis, in primitiva ecclesia sacerdotibus interdicto, Dresd. 1743. 4. Io. IUNG. de sensu Canonis III. Synodi Nicaenae I. *etc.*, Heidelb. 1779. 8 p. 28 sqq. Cf. DU FRESNE Glossar. mediae et infimae Graecitatis T. II. p. 1463. Observv. selectt. Halenss. T. VI. p. 230 sqq. et DANZ. de Euseb. C. p. 139 sq., qui simul recte animadvertit contra VALESIUM, rem

minime accuratius explanasse LANGEUM l. l.; quippe qui paucissime tantum monuerit, neque nunc quae sint συνείσακτοι illae, satis liquere. Quae cum ita sint, minime actum agere mihi videor, si quid ipse de illis statuendum existimem, quam brevissime fieri poterit, hoc loco exponam. Nam minima quaevis hoc in genere persequi, ipsarum chartarum vetant angustiae et συμβολὰς quasdam fortasse non plane inutiles afferre satis habendum est.

Itaque ut ab eo exordiar, quod maxime tenendum esse videatur, errasse equidem ego censeo eos VV. DD. qui de συνεισάκτοις commentati sunt, potissimum in eo, quod unam et quae omni tempore quo συνείσακτοι fuerunt, atque ubivis valeret, illius vocabuli definitionem quaesiverunt et proposuerunt, unde fieri non poterat quin vel satis manca vel prorsus falsa esset ea qua usi sunt, συνεισάκτους definiendi ratio. Contra ex mea sententia duplex potius συνεισάκτων genus, id est, συνείσακτοι illae γυναῖκες Pauli Samosateni et συνείσακτοι s. ἐπείσακτοι, ἀγαπηταί, s. ἀδελφαί temporum insequentium probe distinguendae sunt. Quaerentibus enim quales fuerint Pauli et clericorum huius aequalium συνείσακτοι, equidem nihil puto responderi posse, nisi illas fuisse *vel feminas vel virgines, quarum paulo familiarior et liberior consuetudo Paulum quidem Samosatenum et clericos eius aequales, legitimas uxores probabiliter non habentes, in malam* πορνείας *suspicionem vocavit, unde Antiocheni primi et saepius quam alii invidioso* συνεισάκτων *vocabulo eas appellarunt, sed quibus certe Paulus cum presbyteris suis consilio quodam recto et honesto plerumque usus sit.* Sed antequam de altero συνεισάκτων genere exponam, non temere prius genus earum ratione illa me descripsisse et definivisse, paucis probandum erit. Quod quidem tum ex ipsa quam contra Paulum Samosatenum conscripserunt episcopi, epistola tum aliunde facile potest intelligi. Nam ex ipsa illa epistola patet, Paulum et clericos eius aequales usum esse consuetudine quadam familiariori γυναικῶν, quae vel feminae esse possunt vel virgines (vide verba τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας, — καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων et paulo inferius p. 401. ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει et PASSOW. Lexic. s. v. γυνή), ac propter illam consuetudinem in πορνείας suspicionem illos vocatos (vide potissimum verba p. 399. Ἐπιστάμεθα δὲ — ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων· — οἱ δ' ὑπωπτεύθησαν· ὥστε καὶ εἰ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι *etc.*), denique Antiochenos vocabulo συνεισάκτων primos illas γυναῖκας certe potuisse ad augendam Pauli invidiam appellare. Vide verba p. 399. ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, quae quominus excogitasse credamus Antiochenos illud vocabulum, certe haud impediunt. Sed haec ipsa verba ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομά-

ζουσι docere videntur, Pauli Samosateni tempore aut solos Antiochenos ita illius γυναῖκας appellasse, aut certe illos saepissime et longe saepius quam alios hoc nomine usos fuisse. Cf. DANZ. de Eus. C. p. 140. „Ex nostra epistola primum hoc clarum; nomen συνεισάκτων *tunc temporis* (i. e. Pauli aetate) non fuisse omnibus eiusmodi mulieribus commune, sed locis tantum quibusdam usitatum: quare enim additum esset ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσιν?“ Iam vero his expositis, probandum est recte me de συνεισάκτοις Pauli et clericorum eius aequalium proposuisse reliqua. Negavi enim certe Paulum cum presbyteris et diaconis suis vere πορνείας cum illis feminis commissae esse accusandos, quamvis illam eis vitio verterint episcopi, imo consilio quodam recto et honesto certe plerumque συνεισάκτους suas illos habuisse contendi. Atque hoc satis, credo, potest intelligi ex ipsa ratione, qua de illa Pauli Samosateni cum συνεισάκτοις consuetudine loquuntur patres Antiocheni. Quamvis enim quam lubenter illi aliis Pauli πορνείαν de qua sibi persuadere poterant, probare voluerint, ex eorum epistola luculenter appareat, tamen vanos potius rumusculos et incertam famam quam certa et firma argumenta in illo genere eos secutos esse, non minus ab iis qui non cupidius de Paulo iudicare velint, potest cognosci. Quodsi tam certo constabat de Pauli stupris in illa cum συνεισάκτοις consuetudine commissis, cur tandem, quaeso, illud sacrosancti episcopi disertis verbis non declararunt in epistola sua? Cur quamvis ipsi ne concedere quidem quenquam fingunt nihil ἀσελγὲς a Paulo esse commissum (cf. quae observavi not. 27.), tamen statim addunt simpliciter: ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι, μή τινα σκανδαλίσῃ, τοὺς δὲ καὶ μιμεῖσθαι προτρέψηται? Imprudentius quidem neque satis decore Paulum cum suis συνεισάκτοις sed familiarius et liberius vixisse, atque inde aliquod σκάνδαλον praebuisse, hoc quidem non nego, sed stuprandi causa suas συνεισάκτους illum adscivisse, illud ne credam episcopis et iis episcopis qui Paulum ut haereticum damnarunt et ecclesia eiecerunt, ipsa prohibet ratio qua de consuetudine Pauli et clericorum eius aequalium cum suis συνεισάκτοις loquuntur. Quod quidem magis etiam poterit intelligi, si quis non solum quomodo in alterum συνεισάκτως genus detonare amaverint patres potissimum ecclesiastici, sed etiam ipsius epistolae patrum Antiochenorum verba: *Πῶς γὰρ ἂν ἐπιπλήξειεν ἢ νουθετήσειεν ἕτερον, μὴ συγκαταβαίνειν ἐπιπλέον εἰς ταὐτὸν γυναικὶ μὴ ὀλισθῇ φυλαττόμενον etc.*, accuratius consideraverit. Quibus verbis ipsi episcopi, nisi ineptissime eos loquutos esse velimus, temere Paulum certe Samosatenum propter πορνείαν suspectum esse habitum, satis clare significasse censendi sunt. Perperam enim vertit μὴ — γυναικὶ VALESIUS: „ut a frequentiori mulieris consuetudine abstineat“ et STROTHIUS: „*sich nicht so viel zur Frau zu halten*,“ quasi hoc significaverint epi-

scopi, Paulum propter suas συνεισάκτους γυναῖκας (vide verba ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη etc.) non posse recte quenquam adhortari ne iusto saepius uxori suae legitimae coniugalia praestet officia! Quamvis enim συγκαταβαίνειν εἰς ταὐτὸν γυναικὶ de coitu cum uxore potuerit dici (cf. Zosim. hist. II, 8, 2. Kuinoel. Commentar. ad Matth. I, 18 p. 8. ed. III.), tamen quis tandem credat episcopos illud voluisse dicere, cum non solum improbabile sit illorum et Pauli tempore cavere solitos esse clericos admonitionibus suis ne laici iusto saepius coirent cum legitimis suis uxoribus sed etiam ineptissima esset ea, quam a Pauli consuetudine cum συνεισάκτοις repetiissent, causa et ratio, cum potius deinde illud ipsum vitio vertere deberent ipsi Paulo quod saepius rem haberet cum uxore sua, ut taceam non recte γυναικὶ deinde scriptum esse, sed τῇ γυναικὶ scribendum fuisse. Neque vero illa verba μὴ συγκαταβαίνειν — γυναικὶ verti possunt: „ne quis iusto saepius rem habeat cum femina quam non habet in matrimonio," cum deinde prorsus ineptum sit vocabulum ἐπιπλέον, neque frequentior tantum cum quibusdam feminis συνεισάκτοις consuetudo sed omnino omnis cum iis coitus interdicendus esset, imo nihil, siquidem verba protulisse nolimus episcopos illos quae sensu careant, possunt illi his μὴ συγκαταβαίνειν — γυναικὶ dicere voluisse nisi: „ne quis (legitimae uxori haud coniunctus) iusto saepius utatur consuetudine qualicunque vel feminarum vel virginum." Proprie: ne iusto saepius *uno loco conveniat*. Hoc enim sane ne quis faceret, vix poterat quenquam adhortari Paulus Samosatenus, qui ipse uxori legitimae haud coniunctus tamen familiarius et liberius vivere soleret cum feminis et virginibus et hoc modo aliis σκάνδαλον praeberet. Sed nonne si haec sola vera est verborum μὴ—γυναικὶ interpretatio, vel invitos episcopos declarasse apparet, vanam fuisse pessimam illam in quam ipsi et alii vocaverunt Paulum et alios, suspicionem? Nonnullos sane fortasse turpius vixisse cum feminis et virginibus συνεισάκτοις illius temporis clericos, verum sit (vide verba epistolae ὅσοι ὑπὸ τοῦ συνεισάγειν ἑαυτοῖς γυναῖκας ἐξέπεσον), sed vel illud exaggerasse episcopos ad invidiam Pauli Samosateni augendam, tum tota illa qua de eius consuetudine cum συνεισάκτοις loquuntur, ratio tum illa μὴ — γυναικὶ luculenter ostendunt. Neque vero alia in promptu sunt, quibus tam foedam familiaritatem fuisse Pauli et συνεισάκτων suarum, evinci possit. Fac enim vehementiorem libidinem veneream stimulasse Paulum, quid tandem, quaeso, illum impediebat, quo minus eam ineundo rectum et legitimum matrimonium expleret atque ipsius apostoli (1 Corinth. VII, 9.) praeceptum: Κρεῖσσον ἐστι γαμῆσαι ἢ πυροῦσθαι observaret? Imo uxorem non habuisse Paulum et alios clericos qui συνεισάκτους habuerunt, probabile est quia alias difficilius certe tam male suspecti esse potuisse videntur. An forte liceat credere, Paulum et alios eius aetatis cleri-

cos habuisse. συνεισάκτους aut ut vere nonnisi quendam Platonis amorem alerent, quo vero male castitatis suae iacturam fecissent, aut specioso illo et honestiori pietatis praetextu turpe suum commercium nonnisi texisse et velasse? Neutrum, quantum video, recte potest statui. Nam Paulum certe fuisse eum, qui ita aspernaretur blandimenta sensuum et corporis voluptatis, fugeret, ut in sola nescio qua animorum consuetudine sibi placeret atque illam tantum cum feminis et virginibus vellet habere, nec levissimo indicio significant in epistola sua episcopi, qui potius vitae suavitates cupidius eum quaesivisse dicunt (vide verba δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ' ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που, συμπεριφέρει, καὶ ταῦτα τρυφῶν καὶ ὑπερεμπιμπλάμενος), neque quae de sententiis et moribus Pauli praeterea constant, reddunt probabile. Similiter de aliis clericis tale quid minime significavit epistola. Quod vero ad alteram opinionem pertinet, ea tum iis ipsis quae modo attuli, tum iis quibus paulo antea probare studui, minime foedam fuisse illam Pauli consuetudinem, refellitur. Itaque nullas alias fuisse probabile est Pauli et aliorum eius temporis clericorum συνεισάκτους nisi quas fuisse superius contendi et restat iam illud unum, ut tum quo consilio recto quidem et honesto illi συνεισάκτους suas habuerint, tum qui illud vocabulum invenerint, investigemus. Iam vero quamvis quali honesto consilio συνεισάκτους Paulus habuerit, historia nos haud docuerit, tamen non inepte coniecisse videtur Danz. l. l., officiis quibusdam ecclesiasticis illas feminas destinatas fuisse, atque hanc ob causam earum usum Paulus presbyteris quoque et diaconis concessisse potest, quamvis longe aliam illius rei causam afferant episcopi verbis: οἷς καὶ τοῦτο καὶ τὰ ἄλλα ἁμαρτήματα ἀνίατα ὄντα συγκρύπτει, συνειδὼς καὶ ἐλέγξας ὅπως αὐτοὺς ὑπόχρεως ἔχῃ, περὶ ὧν λόγοις καὶ ἔργοις ἀδικεῖ, μὴ τολμῶντας κατηγορεῖν τῷ καθ' ἑαυτοὺς φόβῳ, quod non cogitavit Danzius, cum scriberet: „*quare enim addidisset epistola, episcopum earum usum etiam presbyteris et diaconis concessisse?*" Et quot tandem aliae satis honestae rationes esse possunt, quibus Paulus et alii clerici qui matrimonium nondum inierant, συνεισάκτους haberent? Quidni Paulus per longius tempus unam et plures secum habuerit ex cognatis suis, fortasse formosiores et quibuscum interdum ut honesta voluptate frueretur, faceret quaedam itinera (cf. p. 401. ὅστις — ὑπερεμπιμπλάμενος)? Quidquid sit, ea quae antea disputavi de Pauli et clericorum aliorum συνεισάκτοις, stare ac manere puto, neque difficilius Antiochenos hoc vocabulum ad Paulum irridendum et invidiae cuiusdam ei conflandae causa excogitasse, probabile reddi potest. Primum enim huic sententiae certe non obstant verba epistolae ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, cum iis minime negetur Antiochenos invenisse illud vocabulum quin etiam Antiochenis maxime in usu fuisse declaretur, ut iam supra

monui. Neque tamen cum SALIGIO de diptychis veterum p. 395. Antiochenos vere excogitasse illam vocem inde concludi potest, quod illi Pauli *γυναῖκας* ita vocitaverint, quasi quae quisque nomina et appellationes prae reliquis adamet et usurpet, eas ille invenisse censendus esset. Sed egregie coniectura nostra inde confirmatur, quod Antiochenorum ingenium ad ludibria reperiunda unum omnium maxime pronum et proclive fuisse novimus. Vid. Ammian. Marcellin. XXII, 14. et qui totus hoc testatur, Iuliani misopogon. Cf. ibid. p. 344. B. p. 355. B. p. 356. A. ed. SPANHEM. Adde KUINOEL. Commentar. ad Actor. I, 26. GIESELER. Lehrbuch der KG. T. I. p. 223 not. i. Cf. Luc. VI, 22. POTT. ad Iacob. II, 7. Atque apprime inserviisse illam vocem irrisioni et ignominiae, non minus confitendum erit. Significabantur enim ea *γυναῖκες* a Paulo *clanculum* et *contra fas* adscitae. Vid. LEISNER. et IRMISCH. ad Herodian. I, 5, 13. T. I. p. 155. ed. IRMISCH. cf. GESNER. ad incerti scriptoris dialogum Philopatr. p. 133 sq. „Praepositiones quibus iunctum est hoc verbum (*παρεισώδευσε*), *clandestinum quid et fraudulentum* alias significant, ut in *παρεισάγειν* et *παρείσακτοι* apparet.“ Cf. Euripid. Ion. v. 590 sq. *ἐπείσακτον γένος*. Facile praeterea ut illam appellationem in medium proferrent, Antiochenis suadere poterat locus Galat. II, 4., ubi ab apostolo commemorantur *παρείσακτοι ἀδελφοὶ οἵ τινες παρεισῆλθον κατασκοπῆσαι* libertatem Christianam. Similiter malo sensu ubique fere legitur *ἐπακτὸς* i. e. *adscititius*. Vid. Aeschyl. Sept. contra Theb. v. 580. v. 1021. *στράτευμ' ἐπακτόν*. Sophocl. Trachin. *στρατὸν λαβὼν ἐπακτόν*. Et Sophocl. Aiac. v. 1296. *ἐπακτὸς ἀνὴρ* dicitur de adultero. Adde Iren. adv. haeres. I, 20. T. I. p. 91. ed. MASSUET. *ἀμύθητον πλῆθος ἀποκρύφων καὶ νόθων γραφῶν, ἃς αὐτοὶ ἔπλασαν, παρεισφέρουσιν εἰς κατάπληξιν τῶν ἀνοήτων*. Quid igitur mirum est, Antiochenos quo nonnihil perstringerent illam Pauli ut episcopi paulo familiariorem et liberiorem consuetudinem cum feminis quibusdam et virginibus, neque tamen foedam et turpem, has ipsas feminas et virgines vocasse *συνεισάκτους*? Quas quidem Pauli Samosateni *συνεισάκτους* non inepte dixit STROTHIUS: *Gesellschafts-Damen* (non minus apte fortasse dicantur: *Gesellschafterinnen*), cum nec haec vox sermonis vernaculi ab omni invidia libera sit, in eo vero, ut statim apparebit, egregie V. D. lapsus est, quod ita dici voluit alterum etiam *συνεισάκτων* genus ad quod nunc est progrediendum.

Dicebantur enim inde a seculo IV. ab aliis eodem illo quod Antiocheni excogitaverant, *συνεισάκτων* atque *ἐπεισάκτων* nomine, semetipsas vero, ut honestis quibusdam appellationibus perversam et turpem vitae suae rationem velarent, *ἀγαπητὰς* maxime et *ἀδελφὰς* vocare amabant, *eae mulieres, virgines et potissimum eae virgines sacrae, quas vel clerici uxori legitimae haud con-*

iuncti vel monachi vel haeretici sub honesto quodam praetextu sed reapse certe plerumque nullo alio consilio in contubernium adsciscebant, nisi ut corporis libidinem explerent, unde omni tempore turpissima iis inusta est nota infamiae. Quam quidem *συνεισάκτων* definitionem a priori magno opere differre, nemo non videt, eam vero si quidem temporum Pauli Samosateni aetatem insequentium habetur ratio, non minus esse tenendam, tum gravissimis testimoniis tum aliunde demonstrari potest. Sed ipsa illa testimonia sigillatim et minutatim pertractare, arcti instituti nostri vetant limites, unde satis habendum est, certe potiora ex illis nunc adscribere, praesertim cum iis rite inter se collatis et ponderatis rectam et iustam esse eam alterius *συνεισάκτων* generis quam proposui, definitionem, facile possit perspici. Itaque videant et conferant lectores velim accuratius synodi Ancyranae sub a. 314. habitae canon. XVIII. *τὰς συνερχομένας παρθένους τισὶν, ὡς ἀδελφὰς ἐκωλύσαμεν.* Concil. Aurelianens. I. can. XXIX. Concil. Tur. II. can. X. XIII. Concil. Toletan. IV. can. XLII. XLIII. *Quosdam clericos, qui legitimum non habentes coniugium, extranearum mulierum vel ancillarum suarum interdicta sibi consortia appetunt, damnamus.* Cf. concil. Bracarensis I. can. XV. ubi agapetae vocantur *feminae adoptivae quasi in loco filiae, sororis aut matris.* Concil. Nicaen. I. Can. III. *Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ μήτε ὅλως τινὶ τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, ἐξεῖναι συνείσακτον γυναῖκα ἔχειν· πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα πᾶσαν ὑποψίαν διαπέφευγε.* Plura conciliorum decreta vide apud Muratorium in Anecdd. Graec. p. 239. Salig. de diptychis veterum p. 306 sq. Ex patribus iisque Graecis videndus potissimum Gregorius Nazianzenus (vid. Muratorius in Anecdott. Graec. p. 227 sqq.):

Ἡ ἀγαπητή σου καὶ τοὔνομα τοῦτο τὸ σεμνὸν;
Φεῦ, φεῦ μή τι ἔχῃ καὶ ῥυπαρᾶς ἀγαπῆς.

Idem in carmine tertio, quod inscribitur *Praecepta ad Virgines* de diabolo virgines perdituro:

Πολλάκι μὲν συνάγειρεν ὁμόφρονας ἀλλήλοισι
Πνεύματι, καὶ φάος ἦλθεν, ἐπωνυμίην τε γε σεμνὴν,
Τὴν ἀγάπην καλέουσιν, ὑπήλυθεν· αὐτὰρ ἔπειτα
Ἐκ κραδίης ἐπὶ σάρκας ἄγων πόθον ἐγγὺς ἐούσας
Ἢ πῦρ ἠὲ πυρὸς σημήια λυγρὰ δίδωσιν.

Idem:

Σάρκα φέρων συζῆς ἀγαπητῇ σάρκα φερούσῃ;
Καὶ τί φρονεῖν οἴει τοὺς ῥυπαροὺς περί σου;

Chrysostomus in tractatu πρὸς τοὺς συνεισάκτους ἔχοντας παρθένους Tom. I. p. 228 sqq. Opp. ed. Montefalc. haec disputat: *Ἐπὶ μὲν τῶν προγόνων τῶν ἡμετέρων δύο τινὲς ἦσαν προφάσεις, αἱ τὰς γυναῖκας συγκατοικίζουσαι τοῖς ἀνδράσι· μία μὲν ἡ τοῦ γάμου ἀρχαία τε καὶ δίκαια καὶ εὔλογος, ἅτε τὸν Θεὸν ἔχουσα νομοθέτην — ἑτέρα δὲ ἡ τῆς πορνείας καὶ νεωτέρα ταύτης καὶ ἄδικος καὶ παράνομος, ἅτε παρὰ τῶν πονηρῶν εἰσενεχθεῖσα δαιμόνων.* Deinde pergit: *Ἐπὶ δὲ τῆς γενεᾶς τῆς ἡμετέρας καὶ τρίτος ἐπενοήθη τρόπος καινός τις, καὶ παράδοξος καὶ πολλὴν ἔχων τὴν ἀπορίαν τοῖς βουλομένοις τὴν αἰτίαν εὑρεῖν. Εἰσὶ γάρ τινες, οἳ γάμου καὶ συνουσίας χωρὶς, κόρας ἀπειρογάμους ἀγόμενοι, καθίζουσιν οἴκοι διαπαντὸς, καὶ εἰς ἔσχατον γῆρας ἑαυτοῖς συγκατακλείουσιν, οὔτε ἐπὶ παιδοποιΐᾳ· οὐ γάρ φασιν αὐτοῖς συγγίνεσθαι· οὔτε ἐξ ἀκολασίας· λέγουσι γὰρ αὐτὰς ἀκεραίους διατηρεῖν. Ἀλλ' ἐάν τις ἔρηται τὴν αἰτίαν, ἔχουσι μὲν πολλὰς, καὶ μεμελετήκασιν· εὔλογον δὲ, ὡς ἔγωγε οἶμαι, οὐδεμίαν, οὐδὲ σεμνήν. Ἀλλὰ μήπω περὶ τούτων, μηδὲ τὰς ἐκείνων τέως λέγωμεν προφάσεις, ἀλλ' ἣν αὐτοὶ μάλιστα ὑποπτεύομεν εἶναι, ταύτην εἰς μέσον ἀγάγωμεν. Τίς οὖν ἐστιν αὕτη; — — δοκεῖ μοί τινα ἡδονὴν ἔχειν τὸ συνοικεῖν γυναιξὶν, οὐ νόμῳ γάμου μόνον, ἀλλὰ καὶ γάμου καὶ συνουσίας χωρίς. εἰ δὲ οὐκ ὀρθῶς δοκεῖ, λέγειν οὐκ ἔχω· τὴν γὰρ ἐμαυτοῦ τέως ὑμῖν διηγοῦμαι γνώμην, τάχα δὲ οὐ τὴν ἐμαυτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ τὴν αὐτῶν ἐκείνων· ὅτι γὰρ καὶ ἐκείνοις οὕτω δοκεῖ, δῆλον ἐκεῖθεν. Οὐ γὰρ ἂν τοσαύτης κατεφρόνησαν δόξης, καὶ τοσαύτων σκανδάλων, εἰ μὴ σφοδρά τις ἦν καὶ τυραννικὴ τῆς συνοικήσεως ταύτης ἡ ἡδονή* etc. Ibid. p. 231. *Εἰ δέ τις ἡμῶν ἀκρασίαν καταγινώσκει ἀπὸ τούτων τῶν ῥημάτων, τοὺς γενναίους ἄνδρας, καὶ γυναιξὶ συνοικοῦντας μηδὲν πάσχειν δεινὸν, μακαρίζω μὲν τοὺς τοιούτους τινάς· καὶ ἴσως μὲν καὶ αὐτὸς πείθομαι, ὅτι δυνατὸν εἶναι τοιούτους τινάς. Ἐβουλόμην δὲ καὶ τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν πεῖσαι τοῦτο, ὅτι νέος σφριγῶν τῷ σώματι, κόρῃ συνοικῶν παρθένῳ, καὶ συγκαθήμενος, καὶ συνδειπνῶν, καὶ συνδιαλεγόμενος δι' ἡμέρας· τῶν γὰρ ἄλλων οὐδὲν προστίθημι, τοὺς ἀκαίρους γέλωτας, τὰς διαχύσεις, καὶ τὰ μαλακὰ ῥήματα, καὶ τὰ ἄλλα, ἃ μηδὲ λέγειν ἴσως καλόν· ἀλλ' ὅτι τὴν αὐτὴν ἔχων οἰκίαν, καὶ τραπέζης καὶ λόγων κοινωνῶν, καὶ μετὰ παῤῥησίας πολλῆς, καὶ μεταλαμβάνων πολλῶν, καὶ μεταδιδοὺς οὐδενὶ τῶν ἀνθρώπων ἁλίσκεται, ἀλλὰ καθαρὸς ἐπιθυμίας τε μένει πονηρᾶς, καὶ ἡδονῆς ἐβουλόμην ταῦτα δύνασθαι πείθειν τοὺς ἐγκαλοῦντας ἡμῖν, ἀλλ' οὐκ ἐθέλουσι πείθεσθαι.* Et p. 233.: *Κἂν μυριάκις φιλοσοφῇς, δι' αὐτῶν ἐλέγχῃ τῶν πραγμάτων οὐ τὴν τυχοῦσαν δεχόμενος βλάβην ἀπὸ τῆς συνοικήσεως ταύτης. Ὅταν γὰρ ἴδω σε δυσαποσπάστως ἔχοντα, καὶ μυρίων βλαπτομένων καταφρονοῦντα, καὶ πολλῶν ἐγκαλούντων οὐδὲ ἐπιστρεφόμενον, ἀλλὰ καὶ τὴν δόξαν σαυτοῦ καταπατοῦντα καὶ τῷ κοινῷ τῆς ἐκκλησίας προστριβόμενον κατηγορίαν πολλὴν, καὶ τὰ τῶν ἀπίστων ἀνοίγοντα στόματα, καὶ πάντας πονηρᾷ περιβάλλοντα δόξῃ, καὶ τοσαῦτα μὲν ἀπὸ τοῦ συνοικεῖν κακὰ, ἀγαθὸν δὲ μηδὲν ὑμῖν ἐγγινόμενον, ἀπὸ δὲ τοῦ χωρισμοῦ, τούτων μὲν ἁπάντων τὴν ἀναίρεσιν τῶν κακῶν, πολλῶν δὲ ἑτέρων κτῆσιν ἀγαθῶν, εἶτα*

οἶκ ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πεῖσαι τοὺς ἐγκαλοῦντας, πάσης ἀπήλλαξαι προσπάθειας, ἢ ἐπιθυμίας εἰ πονήρας καθαρός; Similiter p. 234 sq. verissime ridet Chrysostomus eos, qui quam videant συνοικοῦντα παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ πάντα καὶ παθεῖν ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, tamen nolint πω εἰν πονηρόν τι, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίζειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐ βείας, his verbis: Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, ἃ θαυμ ἀλλὰ περὶ τοῖς λίθοις συνοικούντων οὕτω διακεῖσθαι χρή, deus, se nullam aliam invenire posse causam illius συνοικήσεως ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον.

Deinde ad praetextus deveniens Chrysostomus, quibus συνοίκησιν velare studuerint, p. 235. haec affert: Τί οὖν ἂν δυνη αἰτίαν εὔλογον καὶ δικαίαν εἰπεῖν, ἴση μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν τίς μάλιστα μὲν, ἀλλ' οὐδεμίαν ἔχετε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ οὕτως ἐβου μαθεῖν, εἴ τινα σκιὰν γοῦν ἔχετε εὐλόγου προφάσεως εἰπεῖν. Ἀ στάτευτος (defensore caret), φησίν, ἐστὶν ἡ παρθένος ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεστὴν, πολλάκις δὲ οὐδὲ πα οὐκ ἀδελφὸν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴ μίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ προβεβλη καὶ καταστήσοντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ. Quae refutat Chrysostomus p. 235 sqq. Novam vero causam q συνεισάκτους παρθένους habebant, uti solerent, idem affert p Τίς οἰκονομήσει, φησί, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἡμῶν ἐπόψεται τὰ ὄντα; τίς δὲ προστήσεται ἡμῶν ἔξω διατριβόντων, νικὸς ἔνδον οὐκ οὔσης; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λέγουσιν, ἐναντία τε ὄν προτέροις, καὶ αἰσχρότερα. P. 243. quanta labe ab illis συνει ecclesia sit contaminata, exponit Chrysostomus eandemque tam esse dicit, ut quamvis velit, non possit singula exp πάντα μὲν οὐδὲ βουλομένοις δυνατὸν εἰπεῖν. Adde incerti scr homil. ὅτι οὐ χρὴ εὐτραπελίζειν τὸν ἀσκητὴν edit. a Montef Chrysost. T. I. p. 809. D. Cf. Gregor. Nyssen. cap. XIII. ginitate: Οἱ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν ρουσι τοῦ κοινοῦ βίου, οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαρ ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα αὐτὴν συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπ ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες. Sed ut redeam Chrysostomum, similia quae de virginibus συνεισάκτοις, συνεισάκτοις ille disputat in sequenti tractatu qui inscribitur Morellium et Montefalconium (Tom. I. p. 248.): μὴ κανονικὰς συνοικοῦν ἀνδράσιν, apud Savilium: πρὸς τὰς ἔχο δρας συνεισάκτους. Ubi postquam magnopere deploravit Chr mus, quod virginitas quae cum coniugio comparata se maiori dignitate fuerit habita (τὰ πρωτεῖα εἶχε καὶ τὴν προεδ

m propter ipsarum virginum lasciviorem vitam vix in se- ordine manere posse videatur, p. 252. ita pergit: "Ωσπερ ἀρχούντων τούτων εἰς βλάβην, ἄνδρας τινὰς οὐδαμόθεν αὐταῖς ντας λαβοῦσαι συγκατακλείουσι, καὶ τὸν πάντα συνοικίζουσι χρόνον ερ ἐνδεικνύμεναι καὶ διὰ τούτων, καὶ διὰ τῶν εἰρη- , ὅτι ἄκουσαι ἐπὶ τὴν παρθενίαν εἱλκύσθησαν, καὶ παραμυθοῦνται τὴν βίαν καὶ τὴν ἀνάγκην. Τί γάρ; των χεῖρω παρὰ πάντων, ὅταν ταῦτα γίνηται, λέγεται καὶ παρὰ αι οἰκείων; ταύτας δὲ ζῆν ἢ ἀναπνεῖν ὅλως ἔδει, ἀλλὰ μὴ διαπρί- σας; ἢ κατορύττεσθαι ζώσας μετ' ἐκείνων αὐτῶν; καὶ γὰρ καὶ αι τούτων πολλῷ πλείονα ἅπαντες λέγουσι· καὶ δρόμος λοιπὸν ταῖς (obstetricibus) καθ' ἑκάστην ἡμέραν ἐπὶ τὰς τῶν παρθένων οἰ- θόνπερ πρὸς τὰς ὠδίνουσας, οὐχ ὥστε λοχεῦσαι τίκτουσας· γέγονε καὶ ἐπί τινων καὶ τοῦτο· ἀλλ' ὥστε διαγνῶναι καθάπερ ἐπὶ τῶν ων θεραπαινίδων, τίς μὲν ἡ διεφθαρμένη, τίς δὲ ἡ ἀνέπαφος· καὶ πήκουσε ῥαδίως τῇ δοκιμασίᾳ, ἡ δὲ ἀντεῖπε, καὶ αὐτῷ τούτῳ κατ- σα ἀπῆλθεν, εἰ καὶ μὴ διέφθαρτο· καὶ ἡ μὲν ἑάλω, ἡ δὲ οὐχ καὶ αὐτὴ δὲ πάλιν οὐχ ἧττον ἐκείνης αἰσχύνεται, μὴ δυνηθεῖσα ως ἀπὸ τοῦ τρόπου φανῆναι, ἀλλὰ μαρτυρίας τῆς ἀπὸ τῆς ἐξετά- ηθεῖσα. Πόσων οὐκ ἄξια ταῦτα δακρύων; πόσων οὐκ ἄξια θανά- k. Ibid. p. 253. Καὶ πῶς ταῦτα ἀνάγκη ᾖ συμβῆναι, φησίν, ὅ- μεν δεῖξαι τὸ σῶμα ἡμῖν μὴ διεφθαρμένον, μηδὲ πεπορνευμένον; ι μὲν αὕτη ἡ ἐπίδειξις οὐχὶ νῦν, ἀλλὰ τότε ἔσται δήλη κατὰ τὴν ἡ- κείνην. Μαίας μὲν γὰρ σοφία καὶ τέχνη τοσοῦτον δύναται μόνον μίξιν ἀνδρὸς οὐκ ἐδέξατο τὸ σῶμα· εἰ δὲ καὶ ἁφὴν ἀνελεύθερον, ἀπὸ τῶν φιλημάτων, καὶ τὴν τῶν περιπλοκῶν μοιχείαν διέφυγε, ρὰν, ἡ ἡμέρα δηλώσει τότε ἐκείνη etc. Et paulo post: εἰ — ἀν- ιθυμεῖς ἔχειν συνοικοῦντας, πολλῷ — βέλτιον γαμεῖν ἐκείνως, ἢ ειν οὕτως. P. 225. τέως δ' ἄν σε ἔρωμαι τῆς ὁμοσκηνίας τὴν ιν ταύτης, τίνα ἂν ἔχῃς εἰπεῖν; ἀσθενής εἰμι, φησί, καὶ καὶ οὐχ ἱκανὴ μόνη ταῖς χρείαις ἀρκέσαι ταῖς ἐμαυ- καὶ μὴν, ὅτε τοῖς συνοικοῦσιν ὑμῖν ἐγκαλοῦμεν, τοὐναντίον λεγόν- όμεν, ὅτι διὰ τὴν αὐτῶν διακονίαν ὑμᾶς κατέχουσι. Porro vid. nius haeres. LXVII., ubi de Hieracitis haec scribit: Χλευ- δὲ τελειότητα ἰδί' ἃς κέκτηνται συνεισάκτους γυναῖκας δι' ἧς σιν φιλοτιμεῖσθαι εἰς ὑπηρεσίαν. Idem Epiphan. LXXVIII. eos qui συνεισάκτους et ἀγαπητὰς habuerint, de- illud esse conatos refert exemplo Iohannis evangelistae, sus a Christo θεομήτορα παρθένον ἔλαβεν εἰς τὰ ἴδια Iohann. 7. Epiphanius autem pergit: Ἀλλὰ μὴ τοῦτο στραφῇ εἰς βλά- , καὶ δόξωσιν ἐκ τούτω λαμβάνειν πρόφασιν, συνεισάκτους καὶ ἀγα- καλουμένας ἑαυτοῖς ἐπινοεῖν διὰ κακομήχανον ὑπόνοιαν. Prae- busi videntur loco 1 Corinth. IX, 4. De Encratitis vero . haeres. LXVIII.: Inter mulieres reperiuntur, *mulieres que decipiunt*, cum mulieribus iter faciunt, simul cum

οἵαν ἀνεχόμενον ἀποπηδῆσαι, πῶς δυνήσομαι πᾶσι τοὺς ἐγκαλοῦντας, ὅτι πάσης ἀπήλλαξαι προσπαθείας, ἢ ἐπιθυμίας εἰ πονήρας καθαρός; Similiter p. 234 sq. verissime ridet Chrysostomus eos, qui quamvis videant συνοικοῦντα παρθένοις, καὶ προσδεδεμένον, καὶ τρυφῶντα, καὶ τὴν ψυχὴν προϊέμενον μᾶλλον, ἢ τὴν σύνοικον, καὶ πάντα καὶ παθεῖν καὶ ποιῆσαι αἱρούμενον, ἢ χωρισθῆναι τῆς ποθουμένης, tamen nolint πιστεύειν πονηρόν τι, μηδὲ ἐπιθυμίας εἶναι νομίζειν τὸ πρᾶγμα, ἀλλὰ εὐλαβείας, his verbis: Ἀλλ' οὐ περὶ τῶν σώματα ἐχόντων, εἰ θαυμάσιε, ἀλλὰ περὶ τοῖς λίθοις συνοικούντων, οὕτω διακεῖσθαι χρὴ, addens, se nullam aliam invenire posse causam illius συνοικήσεως ἀλλ' ἢ πονηρὰν ἐπιθυμίαν καὶ ἡδονὴν ἐπονείδιστον.

Deinde ad praetextus deveniens Chrysostomus, quibus illam συνοίκησιν velare studuerint, p. 235. haec affert: Τί οὖν ἂν δυνηθῶμεν αἰτίαν εὔλογον καὶ δικαίαν εἰπεῖν, ἴση μάτην ταῦτα περὶ ἡμῶν εἰρηκώς; μάλιστα μὲν, ἀλλ' οὐδεμίαν ἔχετε τοιαύτην· πλὴν ἀλλὰ οὕτως ἐβουλόμην μαθεῖν, εἴ τινα σκιὰν γοῦν ἔχετε εὐλόγου προφάσεως εἰπεῖν. Ἀπροστάτευτος (defensore caret), φησίν, ἐστὶν ἡ παρθένος, οὐκ ἄνδρα ἔχουσα, οὐ κηδεστὴν, πολλάκις δὲ οὐδὲ πατέρα, οὐκ ἀδελφὸν, καὶ δεῖται τοῦ χεῖρα ὀρέξοντος, καὶ τὴν ἐρημίαν παραμυθησομένου, καὶ πανταχοῦ προβεβλημένου καὶ καταστήσοντος αὐτὴν ἐν ἀσφαλείᾳ πολλῇ. Quae statim refutat Chrysostomus p. 235 sqq. Novam vero causam qua qui συνεισάκτους παρθένους habebant, uti solerent, idem affert p. 240. Τίς οἰκονομήσει, φησὶ, τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν ἡμῶν; τίς δὲ ἐπόψεται τὰ ὄντα; τίς δὲ προστήσεται ἡμῶν ἔξω διατριβόντων, καὶ γυναικὸς ἔνδον οὐκ οὔσης; καὶ γὰρ καὶ ταῦτα λέγουσιν, ἐναντία τε ὄντα τοῖς προτέροις, καὶ αἰσχρότερα. P. 243. quanta labe ab illis συνεισάκτοις ecclesia sit contaminata, exponit Chrysostomus eandemque tantam esse dicit, ut quamvis velit, non possit singula exponere, πάντα μὲν οὐδὲ βουλομένοις δυνατὸν εἰπεῖν. Adde incerti scriptoris homil. ὅτι οὐ χρὴ εὐτραπελίζειν τὸν ἀσκητὴν edit. a MONTEFALC. in Chrysost. T. I. p. 809. D. Cf. Gregor. Nyssen. cap. XIII. de virginitate: Οἱ μέχρις ὀνόματος τὴν ἀγαμίαν ἐπιτηδεύσαντες, οὐδὲν διαφέρουσι τοῦ κοινοῦ βίου, οὐ μόνον τῇ γαστρὶ τὰ πρὸς ἡδονὴν χαριζόμενοι, ἀλλὰ γυναιξὶ κατὰ τὸ φανερὸν συνοικοῦντες, καὶ ἀδελφότητα τὴν τοιαύτην συμβίωσιν ὀνομάζοντες, ὡς δὴ τὴν πρὸς τὸ χεῖρον ὑπόνοιαν ὀνόματι σεμνοτέρῳ περικαλύπτοντες. Sed ut redeamus ad Chrysostomum, similia quae de virginibus συνεισάκτοις, de viris συνεισάκτοις ille disputat in sequenti tractatu qui inscribitur apud MORELLIUM et MONTEFALCONIUM (Tom. I. p. 248.): Περὶ τοῦ μὴ κανονικὰς συνοικεῖν ἀνδράσιν, apud SAVILIUM: πρὸς τὰς ἐχούσας ἄνδρας συνεισάκτους. Ubi postquam magnopere deploravit Chrysostomus, quod virginitas quae cum coniugio comparata semper in maiori dignitate fuerit habita (τὰ πρωτεῖα εἶχε καὶ τὴν προεδρίαν πά-

mine semet ipsas appellare consueverint *συνείσακτοι* mulieres et virgines sacrae non minus quam *fratrum* ii clerici et maxime monachi quas virgines sacrae adsciscebant in turpe contubernium, unde non minus legimus de viris *συνεισάκτοις* quam feminis et virginibus sacris *συνεισάκτοις*. Vide carmina Gregorii Nazianzeni quae edidit Muratorius l. l. p. 184 sqq. Neque vero difficilius illud quod quaerimus, inveniri potest. Cum enim honestissima et honorificentissima *fratrum* et *sororum* appellatio imponi soleret iis, qui legitimo matrimonio copulati communi consensu illud dissolverent eo consilio, ut officiis coniugalibus abstinentes et liberi, ad continentiam castitatemque redirent (vid. Amphilochius in vit. Basilii p. 198. ed. Combefis. λέγει τῇ γυναικὶ αὐτοῦ ὀνόματι μὲν, ἀδελφῇ δὲ χρήσει. Gregor. M. diall. IV, 11. Presbyterum suum ut *sororem* diligens. Dodwell. dissert. Cyprian. III. §. 15. Salig. de diptychis veterum p. 312 sqq.), *συνείσακτοι* eandem illam gloriosam appellationem sibi imposuerunt, ut ea scelera sua tegerent et ab omni coitu abstinere viderentur. Praeterea temporibus longe antiquioribus honesto nomine *sororum* vocatae fuerant virgines non quidem sacrae sed quae virginitatem custodire sponte sua similiter decreverant, et ut omnes libidinis impetus retunderent atque omnem cupiditatem corporis vincerent, cum clericis interdum habitarent, quamvis non semper sensuum illecebras vincentes, de quibus infra agetur. Similiter vero ἀγαπητοὺς et ἀγαπητὰς se vocare *συνείσακτοι* poterant, quo nomine indicare voluisse videntur amorem suum esse purum ab omni foeditate et turpitudine.

Sequitur iam ut videamus, quomodo alterum *συνεισάκτων* vel virorum vel feminarum et virginum sacrarum genus quod profecto a Pauli Samosateni *συνεισάκτοις* toto coelo distans ecclesiam Christianam flagitiis suis pessime inquinavit et commaculavit, in ipsa illa ecclesia oriri potuerit. Fuerunt enim plures VV. DD., qui ex philosophia Platonis et scholis Platonicorum luem illam in ecclesiam Christianam profluxisse contenderent. Vid. Dodwell. l. l. §. VI — XIV., qui tamen §. V. illius mali originem certe simul ex imitatione gentilium in universum repetit his propositis: „Venio igitur ut ostendam qua tandem origine illud emanaverit. Erant enim apud ethnicos etiam foeminae quae philosophiae praetextu, virorum familiaritatem assuescerent, qualis illa fuit Ciceronis Corellia, quamvis stuprum eius Ciceroni obiecerit is, quicunque fuit, qui sub Fusii Caleni persona in Ciceronem declamavit, apud Dionem. Ciceronis nomen ab hoc probro purgavit in quaestura sua Corradus. Meminit ipsius aliquoties in epistolis (ad famill. XIII, 72. ad Attic. XIII, 21. XIV, 22.) Cicero, sed ita meminit, ut studiorum fuisse potius quam eroticorum, cum illa commercium facile intelligatur. Hanc *συνείσακτον* alicubi, ni fallor, ap-

pellat Plutarchus, et quidem ita appellat, quasi nomen ipsum apud Graecos vulgo obtinuisset (cf. supra p. 423.). Inde συνεισάκτων ecclesiasticorum profluxerit exemplum a viris etiam magnis philosophicisque commendatum?" Cf. SALIG. de diptychis veterum p. 294 sq. III. Sed ad philosophiam maxime Platonicam esse confugiendum, si quis illius mali originem perspicere et explicare velit, cum DODWELLO loco priore, quem laudavimus, statuunt MURATORIUS l. l. p. 236.: „Ut tamen altius inquiratur in huius pestis originem, ad Platonicam philosophiam primo divertere necesse est. Vix autem est quisquam inter eruditos, cui hanc in rem Socratis ac Platonis dogmata ignota sint. Scilicet Amorem quendam illi Philosophi excogitarunt, non corporum quidem, sed animorum, et hunc masculis etiam erga masculos communem fecere, uti luculenter ostendit in praefatione ad Platonis convivium Marsilius Ficinus." MOSHEMIUS in dissertat. de turbata per recentiores Platonicos ecclesia p. 214 sq. dissertt. ad histor. eccles. pertinentt. Vol. I. ed. III.: „Nec aliunde mulieres, quae subintroductae et ἀγαπηταὶ vocantur, derivatae sunt: de quibus ex instituto DODWELLUS et MURATORIUS egerunt." Observv. selectt. Halenss. Tom. VI. p. 230 sqq. STROTHIUS in edit. Graeca histor. eccles. Euseb. p. 466 not. 55.: „αἱ συνείσακτοι mulieres erant neque uxores, neque concubinae, sed tales, inter quas et virum, Christiani seu Platonici amoris quoddam vinculum intercedebat." Eiusd. Uebersetzung der KG. des Euseb. T. I. p. 590 not. 14. cf. LANGUS ad Nicephor. VI, 30. Iam vero si vera sunt quae de συνεισάκτοις disputavimus, hanc opinionem aut nullo aut infirmissimo fundamento niti, facile apparebit. Primum enim hanc συνεισάκτων originem investigandi rationem non posse transferri ad prius illud earum genus, id est, ad Pauli Samosateni et clericorum eius aetatis συνεισάκτους, quas temere confuderunt VV. DD. cum altero earum genere, monuisse sufficiet et iam supra tetigimus. Cf. pag. 422. Neque vero alterius et satis perversi generis originem ex Platonica philosophia repetendam esse, similiter, credo, apparebit. Primum enim huic opinioni prorsus contradicunt omnia, quae umquam de altero συνεισάκτων genere prolata sunt, veterum testimonia, quae ne levissime quidem significant, hoc συνεισάκτων genus Platonicum quendam animorum coniunctionem illo suo commercio vere voluisse alere et hoc ipso modo turpissima sua facinora patrasse, multo minus autem vere intercessisse aliquod Platonici amoris vinculum inter illas indicant, ut STROTHIUS opinatus est, imo ad unum omnes testantur, nihil nisi libidinis aestum vere instigasse clericos, monachos, haereticos, virgines sacras et feminas ad illam consuetudinem, ad quam excusandam clerici et monachi potissimum vel sexus feminei sine ipsis vel suam ipsorum sine feminis viventium imbecillitatem, feminae et virgines vicissim vero-

minime accuratius explanasse Langeum l. l.; quippe qui paucissime tantum monuerit, neque nunc quae sint συνείσακτοι illae, satis liquere. Quae cum ita sint, minime actum agere mihi videor, si quid ipse de illis statuendum existimem, quam brevissime fieri poterit, hoc loco exponam. Nam minima quaevis hoc in genere persequi, ipsarum chartarum vetant angustiae et ἀναβολὰς quasdam fortasse non plane inutiles afferre satis habendum est.

Itaque ut ab eo exordiar, quod maxime tenendum esse videatur, errasse equidem ego censeo eos VV. DD. qui de συνεισάκτοις commentati sunt, potissimum in eo, quod unam et quae omni tempore quo συνείσακτοι fuerunt, atque ubivis valeret, illius vocabuli definitionem quaesiverunt et proposuerunt, unde fieri non poterat quin vel satis manca vel prorsus falsa esset ea qua usi sunt, συνεισάκτους definiendi ratio. Contra ex mea sententia duplex potius συνεισάκτων genus, id est, συνείσακτοι illae γυναῖκες Pauli Samosateni et συνείσακτοι s. ἐπείσακτοι, ἀγαπηταὶ s. ἀδελφαὶ temporum insequentium probe distinguendae sunt. Quaerentibus enim quales fuerint Pauli et clericorum huius aequalium συνείσακτοι, equidem nihil puto responderi posse, nisi illas fuisse *vel feminas vel virgines, quarum paulo familiarior et liberior consuetudo Paulum quidem Samosatenum et clericos eius aequales, legitimas uxores probabiliter non habentes, in malam* πορνείας *suspicionem vocavit, unde Antiocheni primi et saepius quam alii invidioso* συνεισάκτων *vocabulo eas appellarunt, sed quibus certe Paulus cum presbyteris suis consilio quodam recto et honesto plerumque usus sit.* Sed antequam de altero συνεισάκτων genere exponam, non temere prius genus earum ratione illa me descripsisse et definivisse, paucis probandum erit. Quod quidem tum ex ipsa quam contra Paulum Samosatenum conscripserunt episcopi, epistola tum aliunde facile potest intelligi. Nam ex ipsa illa epistola patet, Paulum et clericos eius aequales usum esse consuetudine quadam familiariori γυναικῶν, quae vel feminae esse possunt vel virgines (vide verba τὰς δὲ συνεισάκτους αὐτοῦ γυναῖκας — καὶ τῶν περὶ αὐτὸν πρεσβυτέρων καὶ διακόνων et paullo inferius p. 401. ὅστις μίαν μὲν ἀπέστησεν ἤδη, δύο δὲ ἀκμαζούσας καὶ εὐπρεπεῖς τὴν ὄψιν ἔχει μεθ᾽ ἑαυτοῦ, κἂν ἀπίῃ που συμπεριφέρει et Passow. Lexic. s. v. γυνή), ac propter illam consuetudinem in πορνείας suspicionem illos vocatos (vide potissimum verba p. 399. Ἐπιστάμεθα δὲ — ὅτι τὸν ἐπίσκοπον καὶ τὸ ἱερατεῖον ἅπαν παράδειγμα εἶναι δεῖ τῷ πλήθει πάντων καλῶν ἔργων· — οἱ δ᾽ ὑπωπτεύθησαν· ὥστε καὶ εἰ δοίη τις αὐτῷ τὸ μηδὲν ἀσελγὲς ποιεῖν, ἀλλὰ τήν γε ὑπόνοιαν τὴν ἐκ τοῦ τοιούτου πράγματος φυομένην ἐχρῆν εὐλαβηθῆναι etc.), denique Antiochenos vocabulo συνεισάκτων primos illas γυναῖκας certe potuisse ad augendam Pauli invidiam appellare. Vide verba p. 399. ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομάζουσι, quae quominus excogitasse credamus Antiochenos illud vocabulum, certe haud impediunt. Sed haec ipsa verba ὡς Ἀντιοχεῖς ὀνομά-

tudinem inducti esse censendi erunt, siquidem fides habenda sit in eo Epiphanio. Nam Encratitae certe quamvis habuerint fortasse ipsi feminas συνεισάκτους, tamen non ad explendam libidinem Veneream sed potius coërcendam iis possunt usi esse. Itaque de Hieracitis tantum verum sit quod tradit Epiphanius. Fac autem alios quoque haereticos illa συνεισάκτων consuetudine sese polluisse, ad ipsam illam Platonis philosophia certe non semper neque sola eos impulisse dicenda erit. Quod autem pertinet ad clericos, monachos, virgines sacras, quid horum libidinem Veneream tanto opere excitaverit, ut tam foedam inter se inirent consuetudinem, haud difficile est ad divinandum. Monachi enim et virgines sacrae quam facile potuerint ad turpe quoddam commercium impelli, cum ineptissime ipsi vellent fugere quod sanctissimae et immutabiles ipsius naturae leges postulant, clericos vero, qui satis mature pluribus modis a recto et honesto matrimonio avocarentur et deterrerentur, non minus facile potuisse quaerere, quomodo alio ex ipsorum certe opinione minus invidioso modo libidinis suae ignem restinguerent, et si invenissent, ambabus veluti manibus illud arrepturos fuisse, nemo non, credo, debebit concedere. Atque ita feminae quoque ad impurum illud contubernium clericis et monachis sese tradiderunt. Cf. I. E. Ch. Schmidt. Handbuch der christlichen Kirchengeschichte T. III. p. 61.: „*Vermuthlich enthielten sich shon damahls* (post synodi Eliberitanae a. CCCV. habitae decreta) *die meisten verheiratheten Kleriker in Spanien ihrer Gattinnen f r e y w i l l i g. — — War es einmahl dahin gekommen, dass die herrschende Meinung Enthaltsamkeit von den Klerikern forderte, so entsagte wohl mancher der ehelichen Befriedigung des Geschlechtstriebes, a l l e i n n u r, u m s i c h d a f ü r a u f a n d r e W e i s e i m G e h e i m e n z u e n t s c h ä d i g e n. So wurde nun den Ausschweifungen des Klerus Thor und Thür geöffnet.*“ Et p. 62. l. l. V. D. haec addit: „*Das erste und bequemste Mittel war wohl — das, dass B e y s c h l ä f e r i n n e n unter dem Namen von Haushälterinnen gehalten wurden. Schon die Elvirische Synode musste es daher den Geistlichen untersagen, andere Weiber als Schwestern oder Töchter in dem Hause zu halten* (Cf. Aucyran. synod. a. CCCXIV. habitae can. 19. et reliquarum synodd. cann.). *Die Nicänische Synode gab eine ä h n l i c h e Vorschrift, doch nahm sie auch Mütter, Tanten, und andere u n v e r d ä c h t i g e Personen aus.*“ Et paulo post ibidem haec leguntur: „*Wenn auch den Geistlichen die Haushälterinnen* (συνείσακτοι γυναῖκες) *untersagt waren*, so *konnte es ihnen dennoch nicht an Gelegenheit fehlen*, *mit Weibern in geheimen, unerlaubtem Umgange zu leben. Die vielen J u n g f r a u e n und W i t t w e n — die sich der Ehelosigkeit bestimmten, — die P r e s b y t e r i n n e n und D i a k o n i s s e n, d i e i n d e m D i e n s t e d e r K i r c h e*

standen — mussten vielleicht nicht selten die Stelle der Haushälterinnen vertreten.“ Adde Calixt. de coniugio clericorum p. 201 sq. ed. Henke et Planck. Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung Tom. I. p. 348. Gieseler. Lehrbuch der KG. T. I. p. 232 sq.: „*Die Werthschätzung des ehelosen Standes führte zwar noch nicht dahin, die Ehe den Priestern ganz zu verbieten; nachdem ihnen indess schon früher die zweite Ehe untersagt war, kam es jetzt auch auf, dass sie nur die von der Ordination geheirathete Frau behalten, im Amte selbst aber nicht mehr heirathen durften, und dass sie eine Jungfrau geheirathet haben mussten.*“

Restat iam ut ostendam, praeter duplex illud *συνεισάκτων* genus de quo adhuc disputavi, in ecclesia Christiana fuisse nullum. Fuerunt enim qui *συνεισάκτους* non solum cum Donwello l. l. in Cypriano, sed etiam cum Muratorio l. l. p. 235 sqq. in Herma et Tertulliano reperisse sibi viderentur. Cf. Salig. l. l. p. 302 sqq. Sed neque prius nec posterius *συνεισάκτων* genus quod cognovimus, scriptores illos commemorare, sponte sua intelligetur. Ut enim taceam, illud ipsum vocabulum *συνεισάκτων* nullum ex tribus illis scriptoribus usurpasse, cum eadem res adesse posset, quamvis abesset nomen ab Antiochenis inventum, et certe *fratrum* ac *sororum* nomina in illis inveniantur, ex quorum vero nominum similitudine rei convenientiam efficere velle, non minus vitiosum esset, tenendum est potius, nullum ex illis scriptoribus de eadem re loqui et de secundo certe genere *συνεισάκτων* nullum potuisse propter diversas temporis rationes loqui, per se apparere. Num enim tempore Hermae, Cypriani et Tertulliani erant iam monachi et virgines sacrae? Num clericis ita iam tunc temporis honestum et legitimum matrimonium impediebatur, ut turpi cum feminis et virginibus commercio corporis libidines explere studere vellent? Sed nec Pauli *συνείσακτοι* ab Herma, Tertulliano et Cypriano commemorantur et rei ratio potius haec est. Antiquissimo certe tempore et vel ante Tertulliani et Cypriani aetatem (ante hos enim vixisse quisquis scripserit Hermae qui vocatur, *pastorem*, cum aliis nobis probabile videtur, cf. Moshem. institt. histor. Christ. maior. secul. I. p. 224.), cum virginitatis magna esset existimatio (vide praeter locos quos ex Pseudo-Ignatio laudat Salig. l. l. p. 296., quos idem citat constitt. apost. II, 26. *Αἱ παρθένοι εἰς τύπον τοῦ θυμιατηρίου τετιμήσθωσαν καὶ τοῦ θυμιάματος.* Tertull. ad uxor. I, 4. de virgin. veland. c. XIII. c. XVI. Cyprian. de habitu virgin. p. 94. ed. Felli.), viduae quoque quae castitatis voto sponte sua, mortuo marito, se adstringerent, virgines dicerentur et in virginum loco haberentur (vid. Salig. l. l. p. 295 sq.), cum virgines quae virginitatem perpetuo custodire sponte sua decreverant, et maxime eae quae simul cultui et ministerio sacro

se dicarent, in magno essent honore, ita ut de illibata earum integritate dubitare nefas esset, cum praeterea non omnis cum aliis vel clericis vel secularibus illis consuetudo esset interdicta, accidit saepius, ut virgines non quidem explendae libidinis causa sed potius ut gloriosissimam de omni libidinum, si quae forte eas stimularent, impetu victoriam reportarent, et ad omnes illecebras sensuum invictae et indomitae manerent, laxius quoddam cum clericis, martyribus, confessoribus et viris eiusdem castitatis studiosis contubernium inirent, quin etiam lecti communionem haberent, sed magnis suis ausis excidentes ipsius castitatis suae et virginitatis quam hoc ipso contubernio in omnium oculos incurrere et splendidiorem reddere voluerant, non dico semper sed saepius iacturam facerent. Cf. Salig. l. l. p. 302. Iam si quis has quoque virgines συνεισάκτους vocare velit, ut *sorores* vere dictae sunt sed accurate illae distinguendae ab aliis quae eodem nomine serius appellatae (cf. supra p. 429.), nihil impedio, sed cum Pauli Samosateni συνεισάκτοις et secundo pessimo συνεισάκτων genere eas non esse confundendas affirmo quamvis plerique VV. DD. eas confuderint et temere ex eadem Platonis philosophia qua reliquas, repetierint, quod si vellemus facere, ipsum virginitatis studium inde ducendum esset, quod tamen ducere vel Saligius l. l. p. 295. dubitavit, qui omnibus gentilibus virginitatem fuisse honoratam, sacris adhibitam diisque devotam ac templis immorantem praeeunte Io. Fronto. dissert. philolog. de virginitate honorata §. 1. p. 404. edit. Hamb. monuit, laudatis insuper locis ex Tertull. ad uxorem I, 6. exhort. ad castit. c. XIII. satis insignibus. Adde Spanhem. ad Callimach. hymn. in Pall. v. 34. Grotium et Wetstenium ad 1 Tim. III, 2. Vitringam de synagog. vet. III, 1, 4., quos laudat Kuinoel. ad Luc. II, 36. Sed quo melius lectores ipsi de nostra et aliorum VV. DD. sententia ferre possint iudicium, Hermas in pastor. similitt. III, 9, 11. T. I. p. 117. ed. Coteler. ita loquitur: „*Dicunt mihi virgines illae: Hodie pastor ille huc venturus non est. Et dixi: Quid ergo ego faciam? Et dicunt mihi: Usque in vesperam exspecta, si forsan venerit, et loquetur tecum: sin minus, nobiscum, dum veniat, manebis. Dixi eis: Exspectabo eum usque ad vesperam, quodsi non venerit, domum ibo, et revertar mane. Responderunt mihi: Nobis* a s s i g n a t u s e s, n o n p o t e s r e c e d e r e a n o b i s. *Et dixi: Ubi manebo? Dicunt mihi: Nobiscum dormies, ut frater, non ut maritus. Frater enim noster es, et de caetero tecum habitare paratae sumus. Valde enim carum te habemus. Ego autem erubescebam cum eis manere. Ea vero, quae ex illis prima esse videbatur, amplexata me est, et osculari me coepit. Caeterae vero, cum vidissent me amplexari ab illa, et ipsae coeperunt me, ut fratrem osculari et ducere circa turrim, et ludere mecum. Quaedam*

autem ex illis psalmos canebant, quaedam choros ducebant. Ego autem circa eam turrim in silentio laetus cum illis ambulabam, et videbar mihi iunior factus esse. Postquam vero vespera esse coepit, domum repente abire volebam, illae autem retinuerunt me, et non permiserunt abire. Mansi ergo illa nocte cum eis iuxta eandem turrim. Straverunt autem tunicas suas linteas in terram, et me in medio collocaverunt, nec quidquam aliud faciebant, nisi quod orabant. Sed et ego cum illis sine intermissione orabam, neque minus quam illae. Quae cum me sic orantem vidissent, ingens gaudium ceperunt, et cum eis illic fui, usque ad diem posterum. Et cum adorassemus Dominum, tunc venit pastor ille, et ait ad illas: Nullam ei fecistis iniuriam? Et dixerunt ei: Ipsum interroga. Dico ei: Domine, magna voluptas me cepit, quod mansi cum eis. Et dixit mihi: Quid coenasti? Et dixi: Coenavi, domine, tota nocte verba Domini. Bene, inquit, te acceperunt!" Cf. Dodwell. l. l. §. XVI. Fabricii cod. apocryph. N. T. Tom. III. p. 774 sqq. not. 1. p. 782 sq. not. 13. Contra vid. Tertullian. de ieiuniis cap. ult.: „*Apud te agape in cacabis fervet, fides in culinis calet, spes in ferculis iacet. Sed maior his est agape, quia per hanc adolescentes tui cum sororibus dormiunt. Appendices scilicet gulae lascivia atque luxuria.*" Sed idem Tertull. de exhort. castit. c. XII.: „*Habe*, inquit, *aliquam uxorem spiritalem, adsume de viduis, fide pulcram, paupertate doctam, aetate signatam. Huiusmodi uxores etiam plures haberi deo gratum est.*" Qui duo Tertulliani loci quamvis quomodo inter se conciliari possint, non perspicere potuerit Salig. l. l. p. 305., tamen facile possunt inter se conciliari. Prior enim Tertulliani locus virgines illius temporis quamvis sancto quodam contubernio cum viris summam laudem potius quam ignominiam vellent sibi parare, tamen naturam furca, ut aiunt, expellere frustra esse conatas neque recurrentem illam semper et satis potuisse vincere, luculenter ostendit, alter vero illud contubernium per se non esse fugiendum sed quaerendum et magni faciendum, siquidem laudandae hominis voluntati non desint vires, declarat. Cui explicationi non obstare illud quod dicit Salig. l. l., Christum talem spiritualem coniunctionem non praecepisse, me tacente intelligitur. Quantum enim, quaeso, Tertulliano et eius aequalibus laude dignum visum est, quod Christus nunquam laudavit sed vituperavit! Sed denique vid. Cyprian. epist. IV. ad Pomponium: „*Legimus literas tuas, frater carissime, quas per Paconium fratrem nostrum misisti, postulans et desiderans, ut tibi rescriberemus, quid nobis de iis virginibus videatur, quae cum in statu suo esse et continentiam firmiter tenere decreverint, detectae sint postea in eodem lectulo pariter ma-*

nifesto cum masculis. Ex quibus unum diaconum esse dicis; plane eisdem quae se cum viris dormisse confessae sint, asseverare se integras esse." Deinde vero pergit Cyprianus ita: „*Primo igitur in loco, frater carissime, et praepositis et plebi nihil aliud elaborandum est, quam ut qui deum timemus, cum omni observantia disciplinae divina praecepta teneamus, nec patiamur errare fratres nostros, et pro arbitrio et ructu suo vivere, sed ad vitam singulis fideliter consulere, nec pati virgines cum masculis habitare, non dico simul dormire, sed nec simul vivere quando et sexus infirmus, et aetas adhuc lubrica per omnia frenari a nobis et regi debent, ne diabolo insidianti et saevire cupienti, ad nocendum detur occasio. — Denique quam graves multorum ruinas hinc fieri videmus, et per huiusmodi illicitas et periculosas coniunctiones corrumpi plurimas virgines cum summo animi nostri dolore conspicimus. Quod si ex fide se Christo dicaverunt, pudice et caste sine ulla fabula perseverent, ita fortes et stabiles praemium virginitatis exspectent. Si autem perseverare nolunt, vel non possunt, melius est nubant, quam in ignem delictis suis cadant. Certe nullum fratribus aut sororibus scandalum faciant, cum scriptum sit, si cibus scandalizat fratrem, non manducabo carnem in seculum, ne fratrem scandalizem. Nec aliqua putet se hac excusatione defendi; quod inspici et probari possit, an virgo sit, cum et manus obstetricum et oculus saepe fallatur. Et si incorrupta inventa fuerit virgo ex parte sua, qua mulier potest esse, potuerit tamen ex alia corporis parte peccasse, quae violari potest, et tamen inspici non potest. Quodsi poenitentiam illiciti concubitus sui egerint et a se invicem recesserint, inspiciantur interim virgines ab obstetricibus diligenter, et si virgines inventae fuerint, accepta communicatione ad ecclesiam admittantur, hac tamen interminatione, ut, si ad eosdem masculos postmodum reversae fuerint, aut si cum eisdem in una domo et sub eodem tecto simul habitaverint, graviore censura eiiciantur nec in ecclesiam postmodum facile recipiantur.*" Ex qua Cypriani epistola discimus 1) eius aetate illud virginum cum viris contubernium longe saepius abiisse in coniunctionem corporum quam animorum 2) propter hanc solam causam probabiliter ipsum Cyprianum gravius in illud invectum esse (cf. verba epistolae: „*quando et sexus infirmus — — detur occasio*" et: „*Certe nullum fratribus — — scandalizem*") et prudenter illud coërcuisse. Cf. Cyprian. epist. XIII.: „*Quam vobis execrandum debet videri, quod cum summo animi nostri gemitu et dolore cognovimus? Non deesse, qui templa dei et post confessionem sanctificata et illustrata prius membra* (i. e. confessores) *turpi et infami concubitu suo maculent, cubilia sua cum feminis iungentes, quando etsi stuprum*

testimoniis ... hoc ipso grande ... quod illorum scandalo in aliorum ruinas exempla nascuntur." Eiusd. epist. LXII.

EXCURSUS XIV.

ad

Euseb. de Martyr. Pal. c. VII.

(Tom. III. p. 112.)

Suadent nobis verba ἐφ' ᾧ τὸ πρὶν γαυριῶν ἐφρυάττετο ut hoc loco nonnulla, quae magis minusve illa videantur attingere, commentemur. Ac primum quidem sensum illorum verborum utcunque expressit sane Valesius vertendo: quo se maxime ille efferebat. Sed vim vocum γαυριᾷν et φρυάττεσθαι his minime hausit V. D., id quod certe magis, credo, assecutus esset, si vertisset: qua antea effuse exsultabat et gestiebat. Utrumque enim vocabulum, tum γαυριᾷν, tum φρυάττεσθαι, proprie dicitur de animalibus et maxime equis, qui effusa quadam audacia exsultant, tripudiant, ferociunt, gestiunt, frena ferre nescii. Vid. Pollux. I, 11, 194. 216. V, 13, 87. ed. Hemsterhuis. Valckenaer. ad Ammon. Lex. p. 144. p. 226. Kuinoel. commentar. ad Actor. IV, 25 p. 164. ed. II. cf. Bochart. Hierozoic. Tom. I. p. 192. Spanhem. ad Callimach. p. 605. Schaefer. ad Dionys. Hal. de compos. verbor. p. 195 sq. Sophocl. Electr. v. 717. Aeschyl. Sept. contra Theb. v. 234 ἀκούω ἱππικῶν φρυαγμάτων. Lycophron v. 245. Plutarch. Lycurgus c. XXII. χαίροντες, ὥσπερ ἵπποι γαυριῶσι καὶ φρυαττομένοις πρὸς τοὺς ἀγῶνας. Marinus c. XXXVIII. παρεσκίρτησε περὶ αὐτὸν (ὄρος) ὑπὸ γαυρότητος. LXX. ad Psalm. II, 1. Sed deinde egregie transfertur vox ad homines, qui inani quadam superbia et laetitia quasi intumescunt, eandemque in oculis, in vultu, in toto denique corpore expressam ambitiosius ostentant et iactant. Vid. Palaephat. de incredd. I. γαυριῶντες ἐπὶ τῇ πράξει καὶ τῷ πλούτῳ, ὑβρισταὶ ἄπηχοι καὶ ὑπερήφανοι. Plutarch. Lycurgus c. XXX. extr. παιδαρίῳ ἐπὶ τῷ συγκόψαι τὸν παιδαγωγὸν γαυριῶντων. 2 Maccab. VII, 34. 3 Macc. II, 2. Dioder. Sic. IV, 74. Proclus Chrestom. p. 345. ἥλατο ὁ Ἰόβακχος —

γαύρῳ φρυάγματι, cf. Cicer. Tusc. Qu. IV, 6. tum est *insolens et effusa animus exsultat*, tum illa *laetitia gestiens* dici potest. Jam vero, quod nunc maxime animadvertendum puto, minime γαῦρος et similes voces semper malo sensu, praesertim apud recentiores Graecos et patres ecclesiasticos inveniuntur. Ita in ipso libro de martyr. Pal. c. XI. Porphyrius a nostro dicitur θαρσαλέῳ φρονήματι καὶ γαύρῳ τὴν ἐπὶ θανάτῳ βαδίζων, ubi de nulla alia re nisi de animo Porphyrii intrepido et propositi tenaci, ipsius denique mortis terrores contemnenti cogitandum est (cf. de mart. P. c. VII. ὅμως δ' οὖν πρὸς ἅπαντα γεγηθότι καὶ φαιδρῷ ἱσταμένην προσώπῳ), atque eodem modo Euseb. H. E. IX, 1 extr. scripsit: εἶτα δὲ καὶ οἱ γενναῖοι τῆς θεοσεβείας ἀθληταὶ τῆς εἰς τὰ μέταλλα κακοπαθείας ἐλευθερούμενοι, ἐπὶ τὰς ἑαυτῶν ἐστέλλοντο, γαῦροι καὶ φαιδροὶ διὰ πάσης ἰόντες πόλεως, εὐφροσύνης τε ἀλέκτου, καὶ ἣν οὐδὲ λόγῳ δυνατὸν ἑρμηνεῦσαι παῤῥησίας ἔμπλεοι. Cf. ibid. paulo post verba: ἱλαροῖς καὶ γεγηθόσι προσώποις. Adde Euseb. V. C. I, 20. ubi Constantinum vocat γαῦρον — ῥωμαλέον τε καὶ μέγαν φρονήματός τε μεστόν. Similiter in laudem Patrocli tribuit Pindar. Olymp. IX. νοῦν βιατὰν i. e. mentem *invictam*, *cedere nesciam* (cf. Portt Lexic. Pindar. h. v. et Mtth. XI, 12. ubi βιασταὶ interpretatur Chrysostom. homil. XXXVIII. in Mtth. in bonam partem πάντες οἱ μετὰ σπουδῆς προσιόντες), et de animi celsitudine potius quam superbia legi videtur ἐκταϊρεσθαι in Epictet. manual. c. VI. ext., ubi vid. Heyne. p. 20. ad h. l. Adde ejusdem Epictet. man. XXIX, 2, ubi κομψὸν significat *praeclarum*, *egregium* in verbis: θέλεις Ὀλύμπια νικῆσαι; κἀγώ, νὴ θεούς, κομψὸν γάρ ἐστι. Vid. scholl. ad h. l. p. 231. ed. H. Heynii: Κομψὸν τὸ διηρμένον (ἐπηρμένον?) λέγεται· καὶ ἔστιν ἡ λέξις μέση καὶ ἐπὶ τοῦ μεγαλοπρεποῦς, ὡς ἐνταῦθα κειμένη. Vid. Euripid. Rhes. v. 621. τρίβων γάρ εἰ τὰ κομψὰ καὶ νοεῖν σοφός. Passow. Lexic. h. v., qui vix recte scripsit: „es (κομψός) hat immer den Nebenbegriff des Künstlichen, Gemachten, Gezierten.“ Cf. Plutarch. de audiendis poëtis c. V. p. 34. ed. H. Krebs. Varro de ling. Lat. IV, 1: „*Multa verba aliud nunc ostendunt, aliud ante significabant*; ut hostis. Nam tum eo verbo significabant, qui suis legibus uteretur, nunc dicunt eum, quem tunc dicebant perduellem.“ Cicer. de offic. I, 12. Similiter θερμὸς optimo sensu de fidei fervore et ardore usurpat Euseb. H. E. II, 17 p. 142: ἐνθέρμῳ καὶ θερμοτάτῃ πίστει et VI, 14 p. 487. de amicitia: ἵνα ἡ ἀπὸ προγόνων ἡμῶν φιλία μένῃ ἄσυλος· μᾶλλον δὲ θερμοτέρα ἡ· καὶ βεβαιοτέρα. Cf. VIII, 5. διαπύρῳ — πίστει. Et Clemens Alexandrinus apud Euseb. H. E. III, 23. νεανίσκον, inquit, ἱκανὸν τῷ σώματι — καὶ θερμὸν τὴν ψυχὴν ἰδών. Neque aliter apud Chrysostom. T. II. p. 593. A. ed. Montfalc. legitur φόβος θεοῦ θερμὸς καὶ διάπυρος. Cf. Chrysostom. ad Matth. XVI, 16 p. 483. ubi παντάχοῦ θερμὸν vocat Petrum. Et Euseb. de martyr. P. c. XI. p. 132.

τρίτος, inquit, ὁ θερμουργότατος καὶ ταχύτατος ζέων, etc., optimo sensu. Sed vid. BLOMFIELD. Glossarium in Aeschyl. Septem contra Theb. p. 143. ad Aeschyl. l. l. v. 599. cf. Eustath. ad Iliad. II. p. 201, 6. Θερμοὶ ἔργον διαλελυμένως, τὸ ἀναιδὲς καὶ θρασύ· θερμουργὸς δὲ ἀνὴρ ἐν συνθέσει κατὰ λόγον ἐπαινετὸν, ὁ θαρσαλέος, καὶ μὴ ψυχρὸς εἰς ἔργον. Xenoph. memorabb. I, 3, 9., ubi Socrates: εἰπέ μοι, inquit, ὦ Ξενοφῶν, οὐ σὺ Κριτόβουλον ἐνόμιζες εἶναι τῶν σωφρονικῶν ἀνθρώπων μᾶλλον ἢ τῶν θρασέων τε καὶ ῥιψοκινδύνων; πάνυ μὲν οὖν, ἔφη ὁ Ξενοφῶν. νῦν τοίνυν νόμιζε αὐτὸν θερμουργότατον εἶναι καὶ λεωργότατον. οὗτος κἂν εἰς μαχαίρας κυβιστήσειε, κἂν εἰς πῦρ ἅλοιτο. Sed de animi fortitudine, de fidei constantia ἔνστασις usurpatur ab Euseb. H. E. IV, 5 p. 339. VI, 5. VIII, 6 extr. VIII, 7 init. cf. VIII, 4 p. 16. θάνατον τῆς εὐσεβοῦς ἐνστάσεως ἀντικατηλλάττοντο, quod VALESIUS vertit melius: „pro defensione pietatis" quam STROTHIUS: „für das Bekenntniss ihrer Religion." De cognato vocis usu vid. HEYNE ad Epictet. manual. c. XXIII. p. 66. ed. II. cf. c. XLVIII, 1 p. 184. IAMISCH. ad Herodian. VIII, 3. Tom. III. p. 968. Quin et iam ipsum σφοδρὸς bono sensu de militibus fortioribus legitur apud Xenophont. Cyrop. II, 1, 31. Cf. MATTHAEI Chrysost. homill. Vol. I. p. 61 not. Adde KREBS. praefat. ad Plutarch. de audiendd. poëtt. p. VII — XI. ed. II. et quae ipse monui ad Euseb. H. E. III, 3 not. 1. IV, 17 not. 4. Sed solent recentiores Graeci pluribus quoque vocabulis, quae veteres optimo sensu usurpant, in malam partem uti. Vide quae scripsit de voce ἀγέρωχος BUTTMANN. Lexilogus Tom. II. p. 98.: „*Die Grammatiker haben hinreichend dafür gesorgt, dass wir wissen, dass das Wort ἀγέρωχος in der spätern Sprache tadelnden Sinn habe, bey Homer aber ehrenden* (cf. Apollon. Lexic. p. 29 ed. TOLL. et ibid. VILLOISON.). — — *Nähmlich das Wort, das bei Homer und Pindar öfter vorkommt, erscheint in der ganzen attischen Periode, so viel ich weiss, gar nicht. Von Polybius an aber ist es auch in der Prose sehr gewöhnlich. Ohne Zweifel also war das Wort in den asiatischen Dialekten stets in Gebrauch geblieben, und kam aus diesen durch die Asiatische Redner-Schule in die Sprache der Rhetoren, welche die spätere Prose bildeten, und deren Stil selbst in Wörtern und Formen dem Attischen stets entgegengesetzt ist. Bei diesen spätern nun ist die Bedeutung* (von ἀγέρωχος) *wild, unbändig; was nur bei Thieren auch im edeln Sinne gesagt wird* (cf. BUTTMANN. l. l. not. 1.), *bei Menschen am gewöhnlichsten in den Begriff eines hochfahrenden und übermüthigen übergeht, z. B. Plut. Am. Frat. c. extr.*" Sed accuratius velim respici verba quae circumspecte BUTTMANNUS adiecit: „*am gewöhnlichsten.*" Nam semper nec seriores in malam partem usos esse vocabulo ἀγέρωχος, praeter alia luculenter docet locus eius-

dem quem BUTTMANNUS laudavit, Plutarchi in vita Fab. Maximi c. XIX., ubi haec leguntur: Ὁ μὲν γὰρ (Claudius Marcellus), περιλαμπὲς τὸ δραστήριον ἔχων καὶ γαῦρον, ἅτε δὴ καὶ κατὰ χεῖρα πλήκτης ἀνὴρ καὶ φύσει τοιοῦτος ὤν, οἵους Ὅμηρος μάλιστα καλεῖ φιλοπτολέμους καὶ ἀγερώχους etc. Hoc enim loco, nisi ignorasse velimus Plutarchum, quomodo Homerus usus sit verbo φιλοπτόλεμος et ἀγέρωχος, haec ipsa verba bono sensu dicta esse a Plutarcho negari non poterit. Neque in aliam nisi bonam partem verba δραστήριος, γαῦρος et πλήκτης usurpasse Plutarchum, non solum ex eo ipso simul sequitur, sed antecedentia planissime demonstrant; ubi se laudare potius quam vituperare velle Claudium Marcellum, ipse Plutarchus indicat his verbis: τούτων δ' ἐπιφανέστατοι, Φάβιός τε Μάξιμος καὶ Κλαύδιος Μάρκελλος ἦσαν ἀπὸ ἐναντίας σχεδὸν προαιρέσεως θαυμαζόμενοι παραπλησίως. Quocirca vel quae inferius l. l. sequuntur, eodem modo interpretanda sunt: ἐν τῷ παραβόλῳ καὶ ἰταμῷ καὶ πρὸς ἄνδρα τολμηρὸν τὸν Ἀννίβαν ἀντιτολμῶντι τρόπῳ τοῦ πολέμου συνιστάτο πρὸς τοὺς πρώτους ἀγῶνας. Contra si non πλήκτης et φιλοπόλεμος, certe γαῦρος et ἀγέρωχος malo sensu usurpat sane Plutarch. in vita Marcell. c. I. Ἦν γὰρ (Marcellus) τῇ μὲν ἐμπειρίᾳ πολεμικὸς, τῷ δὲ σώματι ῥωμαλέος, τῇ δὲ χειρὶ πλήκτης, τῇ δὲ φύσει φιλοπόλεμος, κἂν τούτῳ δὴ πολὺ τὸ γαῦρον καὶ ἀγέρωχον ἐπιφαίνων ἐν τοῖς ἀγῶσι, τῷ δ' ἄλλῳ τρόπῳ σώφρων, etc. Atque ἀγέρωχον ὄψιν, i. e. arrogantem speciem, interprete REISKIO, dixit Dionys. Hal. de compos. verborr. p. 206. ed. SCHAEF. Porro similia de verbis σοβαρὸς, σεμνὸς et λαμπρὸς animadvertit DORVILLE ad Chariton. p. 601. ed. Lips. Cf. quae ipse observavi ad Euseb. H. E. VI, 43 not. 5. ORELL. ad Arnob. adversus gentes I, 36. P. I. p. 318. KUINOEL. ad Marc. VII, 9. Adde quae de verbo ὑπερφίαλος similiter disputavit BUTTMANNUS Lexilogus T. II. p. 209 sqq. cf. Eustathius ad Homer. Odyss. IX, 106. KUINOEL. Commentar. ad Luc. I, 51. Notandus quoque usus verbi μέγας et μικρὸς apud Euseb. H. E. III, 23. ἀπογνοὺς δὲ τελέως τὴν ἐν Θεῷ σωτηρίαν, οὐδὲν ἔτι μικρὸν διενοεῖτο· ἀλλὰ μέγα τι πράξας (i. e. grandi perpetrato scelere), ἐπειδήπερ ἅπαξ ἀπολώλει, ἴσα τοῖς ἄλλοις παθεῖν ἠξίου. Cf. DORVILLE ad Chariton. p. 220. Eustath. ad Hom. Odyss. XI, 272. Neque scio an certe veteribus satis raro in bonam et malam partem simul usurpentur vocabula κινηδὸς et σεισμὸς de quibus vid. VALESIUS ad Euseb. H. E. I, 3 not. 12. Adde COMBEFISIUM in auctar. noviss. PP. Tom. II. p. 293. 48. ad verba Manuelis Calecae: ὁ τῶν συντρεχόντων σεισμός. WETSTEN. ad Actor. XXI, 30. IRMISCH. ad Herodian. I, 4. Tom. I. p. 88 sq. Cf. KUINOEL. Comment. ad Matth. XXI, 10 p. 545. Denique λιπαρὸν γῆρας quod Homero dicitur senectus tranquilla, placida, nullis curis vexata (vid. PASSOW. Lexic. s. v.), apud Euseb. H. E. VI, 41 89. est potius extrema, ultima senectus,

stitur, quamvis hoc possit opinari qui nullos nisi hos fere locos cognoverit H. E. VI, 14 p. 187: τὸν ἱερὸν Κλήμεντα. VI, 32. 33: Sed vide contra eiusdem H. E. V, 16 p. 80: τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκόπους de mart. P. c. VII. σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην. Vit. Const. IV, 43. ἱερῶν ἐπισκόπων ἱερὸν χρῆμα. cf. de mart. P. c. XI. p. 144: τὰ ἱερὰ καὶ ὄντως ἅγια σώματα. Quae pauca iam a me exposita satis refutant quae scripsit Kestnerus l. l.: „*Voce* ἱερώτατος *episcopum, dum inter vivos esset, insigniri potuisse vix crediderim*; licet contrarium non affirmare possim," cum neque in Stephani Suiceri que thesauris, neque in Hesychii aliorumque lexicis, quod illud mihi probare possit, invenerim." Neque vero maioris momenti est, quod statim addit V. D.: „*Quamquam Eusebium Paulino vivo ita vehementer adulatum esse vix existimaverim, ut eum l. H. c. 4. ab init.* τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον *appellaret; quod si de mortuo dictum est, aequius tamen ferri poterit.*" Nam longe magis adulatum esse nostrum episcopis et ipsi Paulino vivo, demonstrat satis prima periodus orationis illius panegyricae quam Tyri ille habuit. Vid. X, 4. Ὦ φίλοι θεοῦ καὶ ἱερεῖς, οἳ τὸν ἅγιον ποδήρη, καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον — περιβεβλημένοι, σύ τε (i. e. Paulino), ὦ νέου ἁγίου νεὼ θεοῦ σεμνολόγημα — — — δεδωρηται εἴτε τις νέον σε Βεσελεὴλ, — ἐθέλοι καλεῖν, εἴτε Σολόμωνα — — εἴτε καὶ νέον Ζοροβάβελ, etc. ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, ὦ τῆς ἱερᾶς ἀγέλης Χριστοῦ θρέμματα, λόγων ἀγαθῶν ἑστία σωφροσύνης παιδευτήριον, καὶ θεοσεβείας σεμνὸν καὶ θεοσεβὲς ἀκροατήριον. Et quomodo vivum Paulinum τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον ab Eusebio dici *potuisse*, dubitabit, qui illum vivum Melchisedeco, Aaroni et ipsi Christo, filio dei, comparasse novit? Vid. Valesius ad X, 4 not. 22. Quod autem postremo loco Kestnerus (l. l. p. 22.) monuit, neque vocem ἀνᾳδόμενοι i. e. *invocantes* ad vivum Paulinum facile dici potuisse, cum deos tantum, heroas, beatos, sanctos veteres invocare solerent, ideoque verbum illud sublimius ad hominem sublunarem dictum esse haud videatur, hoc nihil probari facile videbit ille, qui Paulinum vivum quoque ab Eusebio pro homine sancto haberi potuisse et quodammodo invocari meminerit. Praeterea cf. quae animadverti ad Euseb. H. E. X, 1 not. 2. Adde IX, 1 p. 159. Sed quamvis haec ita sint, tamen, ut recte ipse Kestnerus l. l. monuit, non magis probari poterit, ad *vivum* Paulinum *debere* illa verba referri, quam vocem ἐπιγράφειν esse *nuncupare*, *dedicare* unde ex iis minime sequi ut historia ecclesiastica Eusebii ante a 325. edita sit, contra Hankium recte Kestnerus contendit. Ceterum ut aliunde ita ex nostro loco collegit Stroth. in praefat. p. VI sqq. duplicem olim fuisse historiae ecclesiasticae Eusebii editionem, quam disputationem h. l. adscribi lectoribus haud erit ingratum. Disserit autem V. D. l. l. p. VI — VIII. ad sententiam illam suam stabiliendam haec: „*Primum mirum in modum a textu, quo nunc*

a'ab in Paulini honorem habitam libri X. inmuerit (cf. Cap.
ne arrogantiae accusaretur, antea et nostro ipso loco m
illum librum neque solum orationem non sponte su, sed
precibus permotum edidisse diceret. Sed quod hoc ipsum,
ἐπιγράφειν nostro loco significare Kestnerus putat, in
possum ipse ei assentiri. Recte quidem monuit V. D., illud
bum plerumque esse calamo tabulae aliquid inscribere (cf.
XVII, 23. Hebr. VIII, 10.), at quomodo inde sequatur simplex
catio scribendi s. edendi, ita ut dixerit Eusebius se scrib
edere velle historiae ecclesiasticae librum decimum in me
et honorem Paulini (σοι ἐπιγράφομεν), illud non satis vi
Passow. in Lexic. s. v. ἐπιγράφειν. Ego contra ἐπιγράφειν
ficare puto: adscribere, et sensum verborum ἅμα — —
μεν hunc: „Simul vero, cum tunc tantum preces effecer
decimum quoque hunc historiae librum adiicerem, tuum
dico, a te potius quam a me profectum, tibi illum adsc
Huic explicationi egregie favet, si quid video, non solum
linguae (vid. Passow. Lexic. s. v. n. 4. cf. Chrysostom.
I. p. 699. D. ed. Montefalc. ὁ διάβολος — ταῖς ἡμέραι
γράφειν ἐπαίδευσεν τὰς εὐπραγίας, καὶ τὰς κακοπραγίας), sed
sequentia: ἐπισφράγισμά σε τῆς ὅλης ὑποθέσεως ἀναβοώμενοι, un
tis sese non solum excusasse, verum etiam tacite laudasse
blum, intelligitur, illud, quod non sponte sua orationem
panegyricam et totum librum decimum addiderat, hoc, quod
tum vix vile opus efflagitaturum fuisse suis precibus, crede
consentaneum. Sed videndum praeterea, utrum vivum an
tuum Paulinum h. l. alloquatur Eusebius. Ad mortuum
pertinere illam apostrophen ἅμα δὲ ταῖς σαῖς εὐχαῖς — — ἐπιγ
σοι, probabilius visum est Kestnero l. l., sed argument
equidem puto, satis infirmis adducto. Quod enim primum
Kestnerus, vocem ἱερώτατος (ἱερώτατέ μοι Παυλῖνε) de mo
potius quam vivis hominibus usurpari potuisse, illud quo
V. D. scribere potuerit, nescio. Neque enim communis loqu
usus neque Eusebii genus dicendi hoc probat. Graecos ou
quae sunt vel magna, insignia, in suo genere fere unica vel
neratione et honore digna vocare ἱερά, satis constat. Vid. Ko
pen. erklärende Anmerkungen zu Homer's Ilias Tom. III. p.
ad Iliad. X, 56. cf. Spanhem. ad Callimach. hymn. in Apoll.
112. Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 1206 p. 292. Krebs
Plutarch. de audiendis poëtis p. 177 sq. ed. II. Homer. Od.
XXIV, 81. Iliad. XVIII, 504. Sophocl. Philoct. v. 942 sq. τὰ
μου ἱερά. Plutarch. de genio Socratis p. 1046. ἱεροὶ καὶ δαιμό
ἄνθρωποι. Plutarch. Timoleon c. XVI. extr. ἐρῶντας (ὁρμῶντας?) ὥς τε ἱερ
ἄνδρα, καὶ σὺν θεῷ τιμωρὸν ἥκοντα τῇ Σικελίᾳ τὸν Τιμολέοντα σέβεσθ
καὶ φυλάττειν. Quidni igitur de vivo illud vocabulum usurpare P
tuerit Eusebius? Neque vero Eusebius voce ἱερὸς de vivis tantum

…vis hoc possit opinari qui nullos nisi hos fere locos …H. E. VI, 14 p. 187. τὸν ἱερὸν Κλήμεντα. VI, 32. 33: …ntra eiusdem H. E. V, 16 p. 80: τοὺς τότε ἱεροὺς ἐπισκό… …P. c. VII. σεμνὸν καὶ ἱερὸν πρεσβύτην. Vit. Const. IV, …σκόπων ἱερὸν χρῆμα. cf. de mart. P. c. XI. p. 144: τὰ …ίως ἁγίῳ σώματι. Quae pauca iam a me exposita satis …ae scripsit KESTNERUS l. l.: „Voce ἱερώτατος episco… inter vivos esset, insigniri potuisse vix crediderim; …arium non affirmare possim, cum neque in Stephani thesauris, neque in Hesychii aliorumque lexicis, quod probare possit, invenerim." Neque vero maioris mo… quod statim addit V. D.: „Quamquam Eusebium Pau… ita vehementer adulatum esse vix existimaverim, ut … c. 4. ab init. τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον appellaret; …de mortuo dictum est, aequius tamen ferri poterit." Nam …gis adulatum esse nostrum episcopis et ipsi Paulino vivo, …t satis prima periodus orationis illius panegyricae quam …habuit. Vid. X, 4. Ὦ φίλοι θεοῦ καὶ ἱερεῖς, οἳ τὸν ἅγιον …καὶ τὸν οὐράνιον τῆς δόξης στέφανον — περιβεβλημένοι, σύ τε …aulino), ὦ νέου ἁγίου νεὼ θεοῦ σεμνολόγημα — — — δεδω… …ε τις νέον σε Βεσελεὴλ, — ἐθέλοι καλεῖν, εἴτε Σολομῶνα …καὶ νέον Ζοροβάβελ, etc. ἀλλὰ καὶ ὑμεῖς, ὦ τῆς ἱερᾶς …Χριστοῦ θρέμματα, λόγων ἀγαθῶν ἑστία σωφροσύνης παιδευ… καὶ θεοσεβείας σεμνὸν καὶ θεοσεβὲς ἀκροατήριον. Et quomodo Paulinum τὰ πάντα ἄριστον καὶ θεόφιλον ab Eusebio dici po… dubitabit, qui illum vivum Melchisedeco, Aaroni et ipsi …o, filio dei, comparasse novit? Vid. VALESIUS ad X, 4 …2. Quod autem postremo loco KESTNERUS (l. l. p. 22.) mo… neque vocem ἀναβοώμενοι i. e. invocantes ad vivum Pauli… facile dici potuisse, cum deos tantum, heroas, beatos, san… veteres invocare solerent, ideoque verbum illud sublimius hominem sublunarem dictum esse haud videatur, hoc nihil …vari facile videbit ille, qui Paulinum vivum quoque ab Euse… pro homine sancto haberi potuisse et quodammodo invocari …minerit. Praeterea cf. quae animadverti ad Euseb. H. E. X, not. 2. Adde IX, 1 p. 159. Sed quamvis haec ita sint, tamen, recte ipse KESTNERUS l. l. monuit, non magis probari …terit, ad vivum Paulinum debere illa verba referri, quam vo… …m ἐπιγράφειν esse nuncupare, dedicare unde ex iis minime sequi historia ecclesiastica Eusebii ante a 325. edita sit, contra HAN…UM recte KESTNERUS contendit. Ceterum ut aliunde ita ex no…o loco collegit STROTH. in praefat. p. VI sqq. duplicem olim esse historiae ecclesiasticae Eusebii editionem, quam disputa…nem h. l. adscribi lectoribus haud erit ingratum. Disserit au…m V. D. l. l. p. VI — VIII. ad sententiam illam suam stabi…ndam haec: „Primum mirum in modum a textu, quo nunc

utimur, quamque posterioris editionis affirmo, discrepat Rufini interpretatio. Hunc in interpretando libere grassatum esse, atque haud probanda licentia multa consulto ac pro arbitrio suo mutasse, neque ignoro neque nego. Sed tamen vix dici poterit, omnia, in quibus ac hodierno textu graeco discrepat, ab eo studio esse immutata, praesertim cum in his multa sint, in quibus vestigia alterius editionis graecae haud obscura deprehendere mihi visus sum ac aliis haud paucis argumentis res ipsa planior fiat. Deinde animadvertendum est, quod initio libri decimi ipse Eusebius significat, primum modo novem huius historiae libros exstitisse, nunc vero se rogatu Paulini Tyriorum episcopi decimum addere, eumque huic eidem Paulino dicare (?). — — — Atqui cum ipsa styli ad eum qui deprehenditur in libris de vita Constantini propius accedentis, ab eo qui est in prioribus IX. historiae eccl. libris discrepantia, tum etiam ea ipsa προσφώνησις Paulino facta, arguit hunc librum diu post reliquos quasi singularem additum esse, ac fuisse ante hoc tempus exemplaria quae novem modo libros continerent." Idem colligit STROTHIUS ex additamento illo, quod in omnibus quos novimus MSS. libris post librum VIII. invenitur cum inscriptione: *Τὸ ὡς λεῖπον — ὀγδόῳ λόγῳ.* Hanc particulam ad historiam ecclesiasticam vere pertinere non solum docere diserta verba: *τεττάρων οὖν τὴν κατὰ πάντων διειληχότων ἀρχὴν, οἱ μὲν χρόνῳ καὶ τιμῇ προηγούμενοι, μεθίστανται τῆς βασιλείας, ἢ καὶ πρόσθεν ἡμῖν δεδήλωται,* quae ad historiam eccles. VIII, 13. referenda sint, ubi narratur abdicatio Diocletiani et Maximiani, ac verba *ὁ μὲν ὕστατος* (Galerius) *τοιαῦτα οἷα καὶ προδεδηλώκαμεν πέπονθεν,* quae respiciant aperte cap. 16 lib. VIII., sed etiam scribendi genus vere Eusebianum manifeste loqui. Nihilo tamen minus huius qua utimur, editionis partem esse non posse, nisi ab ea resecetur magna libri VIII. cap. 13. pars, ubi, quae in additamento illo inde a verbis *ὁ δὲ τοῦτον προάγων — — Κωνστάντιος,* iisdem plane verbis legantur. *Quis enim,* inquit STROTHIUS, *in una unius operis editione Eusebium eadem bis iisdem verbis narrasse putet?* Ac statim ita pergit: „*Quum igitur hoc additamentum non solum sit Eusebii, sed etiam pars historiae ecclesiasticae, ac ea quidem ita composita, ut initium eius fini libri VIII. iungi debeat; quum similiter initium libri IX. prout nunc exstat, huic eidem fini ita conveniens sit, ut statim post illum sequi debeat; quum igitur hoc additamentum neque cum nostro libri IX. principio, neque cum capite XIII. Lib. VIII. in una eademque editione simul constare possit, in aprico positum videtur, duas diversas fuisse historiae ecclesiasticae editiones ab ipso Eusebio profectas,*

in quarum altera multa essent mutata, ac alio loco posita." Denique ad sententiam hanc fulciendam accedere monet STROTHIUS duorum capitum 6 et 7 libri VI. transpositionem, quae apud Rufinum prius post caput 5 leguntur, cum tamen vix credi possit, eum ordinem a Rufino consilio esse mutatum. Hinc ita finem disputationi suae imponit V. D.: „*Rufinum igitur prioris editionis exemplo usum esse, nostra vero exemplaria graeca plerumque posteriorem sequi, ita tamen, ut in iis haud pauca sint, ex utraque conflata, statuendum est. Noster vero textus vix mille annorum aetatem superare videtur, quum ii, quibus usi sumus codices omnes ex uno eodemque manasse videntur eo tempore, quum iam satis diversa essent exemplaria, ac utriusque recensionis circumferrentur, ut ex eo patet, quod in omnibus similiter additamento de quo supra diximus praefixa sunt ista verba τὸ ὡς λεῖπον ἔν τισιν ἀντιγράφοις ἐν τῷ ὀγδόῳ λόγῳ. Ex quo conficitur, iam in eo exemplo ex quo cuncta nostra sunt exscripta lecta esse haec verba, atque adeo illud ipsum, quod nostrorum codicum archetypum appellare possumus, mixto iam textu, diversisque existentibus exemplaribus, scriptum esse. Ex nostrorum igitur codicum collatione, nihil praeter veritatem huius archetypi assequi, neque ultra eum ad ipsum genuinum Eusebii textum, nisi in subsidium vocato Rufino assurgere possumus, cuius tamen auctoritas saepe lubrica, neque sine magna cautione adhibenda.*" Conf. STROTH. deutsche Uebersetzung des Eusebius T. II. p. 99 not. 6. p. 137 not. 6. Verum enim vero ista omnia minime probare puto, quae V. D. probare voluit. Primum enim librum X. historiae ecclesiasticae diu post reliquos quasi singularem esse additum et fuisse exemplaria ante hoc tempus quae novem modo libros continerent, minime demonstravit STROTH. Neque enim genus dicendi in hoc libro X. ab eo qui est in reliquis novem, magnopere diversum equidem potui deprehendere, et quamvis sit, totum hoc esse multo magis lubricum et anceps quam ut illud quod STROTHIUS inde concludi voluit, tuto possit concludi, facile appareat. De προσφωνήσει vero Paulino facta, si recte interpreteris vocem ἐπιγράφειν, plane non est sermo. Sed fac, decimum librum vere serius addidisse Eusebium. Num inde, quaeso, sequitur, eum totum opus mutasse quod si mutasset, altera editio videri deberet? Nonne illum librum poterat addere et neque in eo neque in reliquis antea vulgatis quidquam mutare Eusebius? Similiter nihil efficitur eo, quod nonnulla eorum quae in supplemento libri VIII. quod inscribitur Τὸ ὡς λεῖπον — — λόγῳ, inveniuntur quae Eusebius iam retulerat lib. VIII. cap. 13., cum facile possit intelligi, quid ei repetendi opportunitatem et quasi ansam dederit. Cum enim ab initio huius supplementi commemorasset Eusebius, qualem vitae exitum habuisset Galerius propter atrocissimam suam Christianorum persecutionem,

haud alienum ei videbatur, haud dubie quo providentiae divinae rebus Christianorum tam egregie consulentis vim et efficaciam lectoribus suis magis significaret, qualem vitae finem habuerint Galerii in regnando κοινωνοί, addere. Iam quamvis de Constantio et Constantino suo loco iam egisset, tamen quomodo Diocletianus et Maximianus vita decessissent, VIII, 13. nondum dixerat, sed eorum tantum abdicationem et vitae privatae statum memoraverat, id quod in ipso supplemento additur. Sed cum semel dirum illorum vitae exitum exposuisset Eusebius, non poterat non certe iterum convertere legentium animos ad Constantium et Constantinum, quamvis minime opus esset, quod etiam placuit Eusebio, verbo tenus fere illud repetere, et ut VIII, 13. ita h. l. Constantium summis efferre laudibus. Cf. VIII, 13 not. 17. Nam haud elegantem esse certe illam quam Eusebius h. l. instituit rei repetitionem et ἀνακεφαλαίωσιν, nemo non videbit. Cf. quae praeeunte Hemsterhuisio de simili suspecta sed longe tolerabiliori repetitione in fine Lucianei dialogi qui Charon inscribitur, indicat Lehmannus p. 70 not. 81.: „*quemadmodum omnino strigosus argumenti index, cuicunque libro additus, nihil habet elegantiae, veteribusque nunquam facile in usu fuit, ita inprimis Dialogi summam in fine frigidis verbis repetere putidi profecto scriptoris est, quique magis in elegantioris aetatis Grammaticum vel Scholiasten, quam Lucianum, mellis Attici plenissimum, aequet.*" Dorville ad Chariton. p. 462 init. Similiter autem Eusebius in praeparat. evangel. II. prooem. p. 43 sq. edit. Viger. satis longam et iisdem verbis repetit periodum qua lib. I. praeparationis evangelicae finiverat.

Sed ob hanc ipsam causam cur Rufinus illud supplementum non habeat, non difficilius poterit perspici quam quod ille alio et aptiori sane loco posuit caput 6 et 7 libri VI. Cur enim non possimus existimare, *eum ordinem non minus consilio esse a Rufino mutatum*, quam illa ei esse omissa et multa alia mutata, cum quanta fuerit licentia in Eusebio versatus Rufinus, ipse Stroth. agnoscat? Cf. Valesius ad Euseb. H. E. VI, 11 not. 4. VII, 13 not. 2, VII, 32 not. 22. et nos in Excurs. X, p. 400. p. 404. Neque vero probare possum, quod Strothius cap. 6 et 7 libri VI. uncinis inclusit, quia longe facilior est coniectura Valesii, Eusebium non ultimam manum admovisse operi suo, ideoque Clementem commemorasse, ubi Origenes erat commemorandus. Cf. Vales. ad Euseb. H. E. VI, 6 not. 1. Hoc cum bene vidisset Rufinus, neque vellet in vertenda historia Eusebiana prorsus se adstringere vel materiae vel formae ab Eusebio delectae, mutavit capitum illorum ordinem non minus quam supplementum illud omisit. Falsa tamen est aperte, si quid video, lectio cap. 6. παῖδα ὄντα, et probabiliter orta eorum male sedulo studio, qui

ea audacia nolentes Eusebium emendare qua Rufinus, satis habuerunt mutare textum, quo si non ineptus capitum ordo, certe vitaretur illud, ne idem Eusebius, qui antea libro VI. multa iam dixerat de Origene *magistro*, hoc ipso libro c. 6. Origenem simpliciter et sine accuratiore notatione Clementis *discipulum* vocaret. Inde igitur natum παῖδα ὄντα, quod tamen ipsum cap. 6. 7. esse alieno loco, minime confirmat, ut censet STROTHIUS ad VI, 6. Ceterum sententiae VALESII ac nostrae favet KESTNER. de Euseb. auct. et fide dipl. p. 77. §. 66. „*Et quis est qui Nostrum ultimam manum operi suo non apposuisse mecum persuasus sit, quin illa etiam vitia libenter ei ignoscat?*“ Et ibid. p. 78 sq. not. 188. postquam varias attulit rationes, unde hoc fieri possit certius, de quibus vide quae disputavimus ad VII, 21 not. 2., haec addit V. D.: „*Sed poteris dicere, ea fortasse, quae Eusebii historiam pro opere omnibus numeris absoluto nos nunc non habere sinunt, a serioribus quibusdam falsariis profecta atque operi illius omnimodis perfecto intrusa esse! At fortasse etiam et quidem certius fortasse illa Eusebio imputare licet, praesertim cum mortem ei priusquam opus, (auctore iam senescente demum confectum cf. supra §. 20 — 22.), secunda manu perpoliret, intervenisse admodum probabile sit. Quare illos etiam non timeo, qui* STROTHIUM *duas ab ipso Eus. operis sui editiones in praefatione sua ad Eusebii H. E. evicisse, mihi obiicient. Perpauca illa enim, quae* STROTH. *de hac re protulit, argumenta, nostram magis quam illius sententiam probare, quisque videbit.*“ Certe nunc, postquam hoc ultimum quod KESTNERUS simpliciter sumpsit, non ostendit, ostendere studui, plures VALESII coniecturam de Eusebii historia eccles. non prorsus limata quam STROTHII de duabus illius editionibus opinionem nacturam esse fautores spero.

EXCURSUS XVI.

ad

Euseb. Histor. Eccles. X, 4.

(Tom. III. p. 231 extr.)

Recte quidem Valesius ad h. l. comparavit locum Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. VII, 23., neque illum imitatum esse Eusebium nego, sed quod idem Valesius credidisse videtur, eandem esse utriusque loci rationem, hoc ne credant alii, iuvat quaedam hac occasione data accuratius edisserere. Facile autem intelligitur quaeri potissimum, quo sensu a Dionysio VII, 23. et ab Eusebio X, 4. dictum sit verbum *εἶναι*. Atque hoc quaerenti respondendum est, a neutro plane eodem modo verbum *εἶναι* dictum esse. Nam VII, 23. *εἶναι* nihil significat nisi „*esse*," et nihil dicit Dionysius verbis *ὁ μὲν οὐκ ἔστιν, ἐπεὶ μηδὲ ἦν· ὁ δὲ ἔστιν ὁμοίως ὥσπερ ἦν*, nisi hoc: „Macrianus qui contra ius fasque imperium sibi arrogaverat, nunc non amplius *est* scil. rex (quod ex praecedenti *τῆς βασιλείας* repetendum), quia nunquam vere et recte rex *erat*. Gallienus autem rex *est* adhuc similiter ac rex *erat* scil. recte et vere." Cf. verba quae ab initio cap. XXIII. leguntur: *παλαιὸς ἅμα βασιλεὺς καὶ νέος, πρῶτος ὢν* (scilicet ut per se intelligitur, *βασιλεὺς*) *καὶ μετ' ἐκείνους παρών*. Hinc non recte vertisse dixi ad VII, 23 not. 4. verba illa *ὁ μὲν οὐκ ἔστιν*, etc. Strothium: „*So ist auch Macrianus jetzt nichts mehr, wie er denn auch vorher nichts war.*" Melius interpretatus est Valesius: „ita Macrianus — ipse quidem *iam non est*, quippe nec antea *erat*: Galienus vero *sui similis, idemque qui prius manet.*" In eo tantum lapsus est Vales. quod vertit: „*sui similis idemque qui prius manet*," quamvis ipse recte scripserit cum Nicephoro, et post eum Strothius *ὁμοίως*, non *ὅμοιος*, ut legit male Stephanus. Nam totus loci contextus docet *ὁμοίως* scribendum et ad hoc *βασιλεὺς* cogitando supplendum esse. Itaque vertere debebat Valesius potius: „Gallienus vero *similiter* est rex," et deinde: „*quemadmodum* antea erat" *ὥσπερ ἦν*.

Sed ut iam ad Euseb. H. E. X, 4. accedamus, ibi equidem verbum *εἶναι* potius improprio sensu ab Eusebio dictum et verba

illa καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν οἱ θεομισεῖς, ὅτι μηδὲ ἦσαν hanc sententiam praebere existimo: „Et nunc illi quidem deo invisi (iusta dei poena) sunt infelices et perditi, quia neque antea (recta et honesta ratione) ipsi erant felices." Age vero ut hanc nostram illorum verborum interpretationem veram esse ostendamus, primum εἶναι posse dici ex linguae usu eos qui sunt felices et beati, οὐκ εἶναι qui sunt infelices s. perditi, multis locis potest ostendi, et maxime tragicos Graecorum ita loqui, constat. Vid. Euripid. Hecub. v. 279 sqq., ubi ita loquitur Hecuba:

> οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν ἃ μὴ χρεών,
> οὐδ' εὐτυχοῦντας εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
> κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλὰ νῦν οὐκ εἴμ' ἔτι,
> τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Quo loco ἦν ποτ' esse idem quod εὖ ἔπραττον et οὐκ εἴμ' ἔτι idem quod οὐκ ἔτι εὖ πράττω, quivis videt. Eodem modo εἶναι legitur in eadem Euripid. Hecub. v. 671. ἀπωλόμην δύστηνος, οὐκέτ' εἰμὶ δή. Et v. 657., ubi ut hoc in transcursu moneam, rectius interpungendum puto: δέσποιν', ὄλωλας, οὐκέτ' εἶ, βλέπουσα φῶς pro vulgato: οὐκέτ' εἶ βλέπουσα φῶς. Nam illa interpunctione adscita sententia existit longe gravior et magis poëtica haec: „non amplius vere vivis i. e. priorem laetam vitam vivis, quamvis adhuc solem videas et spiritum ducas, quamvis adhuc vivere videare." Cf. Euripid. Orest. v. 191. ὀλόμεθ' ἰσονέκυες, ὀλόμεθα. Ibid. v. 376. οὐ γὰρ ζῶ κακοῖς, φάος δ' ὁρῶ. Ibid. v. 1018 sqq.

> ΗΛ. καὶ πῶς σιωπῶ; φέγγος εἰσορᾶν θεοῦ
> τόδ' οὐκέθ' ἡμῖν τοῖς ταλαιπώροις μέτα.
> ΟΡ. σὺ μή μ' ἀπόκτειν'. ἅλις ὑπ' Ἀργείας χερὸς
> τέθνηχ' ὁ τλήμων· τὰ δὲ παρόντ' ἔα κακά.
> ΗΛ. ὦ μέλεος ἥβης σῆς, Ὀρέστα, καὶ πότμου
> θανάτου δ' ἀώρου! ζῆν ἐχρῆν σ', ὅτ' οὐκέτ' εἶ.
> ΟΡ. μὴ πρὸς θεῶν μοι περιβάλῃς ἀνανδρίαν,
> ἐς δάκρυα πορθμεύουσ' ὑπόμνησιν κακῶν.

Praeterea cf. Eurip. Hippolyt. v. 357. οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ. Sophocl. Antig. v. 1282. Trachin. v. 161. ὡς ἔτ' οὐκ ὢν = ὡς τεθνηξόμενος. Scriptor tragoed. Χριστὸς πάσχων v. 369 sqq.

> — ἀπαλλαγήσομαι
> βίου θανοῦσα, χαίρετ'· οὐκέτ' εἰμ' ἐγώ.

Valckenar. ad Eurip. Hippol. v. 821. 1 Thessalon. I, 8. ὅτι νῦν ζῶμεν i. e. nunc vitam vitalem, beatam vivimus. 1 Timoth. V, 6. Euseb. H. E. I, 2 not. 35. V. C. I, 13. 26. Kuinoel. ad Luc.

XV, 24. Neque aliter legitur in Ierem. XXXI, 15. כִּי אֵינֶנּוּ id est: „nam de eorum vitae felicitate actum est, siquidem in servitutem abducti sunt.“ Cf. v. 16. 17. LUTHERUS bene: „*denn es ist aus mit ihnen.*“ Adde Mtth. II, 18., ubi ille locus Ieremiae ad aliam rem transfertur, et improprium verbi εἶναι usum certe non minus debebant tangere interpretes ut PAULUS Commentar über das N. T. Tom. I. p. 224., et KUINOEL. Commentar ad h. l. p. 40. ed. III., quam laudare locos ubi οὐκ et οὐκέτ' εἶναι proprio sensu de *mortuis* legitur, ut Thucyd. II, 42. οἱ οὐκ ὄντες. Alciphron. epist. I, 10. οὐκ ἔτι ὄντες. Sophocl. Trachin. v. 164. cf. Eurip. Alcest. v. 334. v. 399. οὐκ ἔτ' οὖσαν. v. 407. v. 409. Genes. XLII, 36. אֵינֶנּוּ non amplius est i. e. mortuus est. GATAKER. de stylo N. T. c. XXIX. p. 117. Nam quamvis apud Matthaeum οὐκ εἰσὶ de infantibus ab Herode mactatis dictum proprie accipiendum sit, tamen in Ieremia illud non habet locum. Cf. Rom. IV, 17. 1 Corinth. I, 28. KUINOEL. ad Actor. XVII, 28. VALCKENAR. ad Eur. Phoeniss. v. 1349 p. 453. FRITSZSCHE IV. evangg. I. p. 97. Neque apud Euseb. H. E. X, 9. dubito non solum quin οὐκέτ' ἦσαν sola sit vera lectio (cf. VALES. ad h. l. not. 4.), sed etiam improprio sensu illud ibi dictum esse posse persuasum habeo. Nam non repugnant vel antecedentia vel sequentia οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι· γραφαί τε αὐτῶν καὶ τιμαὶ τὴν ἀξίαν αἰσχύνην ἀπελάμβανον. Καὶ ἃ — Λικίννιος, ταῦτα ὁμοίως καὶ αὐτὸς ἔπασχεν etc. Quamquam si quis ibi οὐκέτ' ἦσαν de interitu tyrannorum interpretari malit, non valde repugnabo ut X, 8. τῶν κατ' ἀγροὺς μηκέτ' ὄντων ἀνθρώπων sunt οἱ πάλαι κατοιχόμενοι qui non amplius erant superstites. Similiter Latini *esse* pro vivere, *non esse* pro mortuum esse dicunt. Vid. Cic. ad famill. VI, 3 ext. Sed hoc affirmare recte mihi posse videor, X, 9. post οὐκέτ' ἦσαν male omisisse VALESIUM et STROTHIUM comma. VALESIO tamen fortasse hoc non potsest vitio dari, cum recte verterit οὐκέτ' ἦσαν, οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι: „*perierunt funditus ac* ne nominis quidem eorum memoria permansit.“ Inde enim patere videtur, eum minime coniunxisse οὐκέτ' ἦσαν cum verbis οὐδὲ μέχρις ὀνόματος μνημονευόμενοι. Sed STROTHIUM non excusari posse puto, qui vertit: „*Denn plötzlich — wurde derer auch nicht einmal dem Namen nach mehr gedacht.*“ Quasi οὐκέτ' ἦσαν μνημονευόμενοι sit iungenda! Sed vel variae lectiones quamvis reprobandae (cf. VALES. ad h. l. not. 4.) quomodo Eusebius sit rectius interpretandus, significant. Hinc bene ZIMMERMANNUS post ἦσαν comma dedit, quamvis lectores de eo deberet quoque monere, eumque ipse in eo sequendum putavi.

Sed ostendum nobis nunc est, in Eusebii loco, de quo agimus, εἶναι etiam *debere* improprio sensu accipi. Atque illud tum per se potest intelligi tum ex totius loci oratione contexta. De

illo, si qualicunque alia ratione interpretari velis verba Eusebii, per se hoc non posse fieri videbis. Nam si tum εἰσὶν tum ἦσαν proprie dicta esse putes, sententia prodit absurda haec: „et illi quidem nunc non existunt s. vivunt, quia neque antea existebant s. vivebant." Haec quomodo, quaeso, cohaererent? et quomodo dicere potuisset Eusebius illos θεομάχους et θεομισεῖς homines neque antea exstitisse s. vixisse? Itaque non recte vertit Vales.: „Itaque illi deo invisi, nunc amplius non *sunt*, quando ne tum (?) quidem *erant*." Nisi forte ipsum Latinum „esse" improprie dictum esse V. D. voluit. Sed non minus ineptae prodeunt sententiae, si aut εἰσὶν improprie et ἦσαν proprie, aut εἰσὶν proprie, ἦσαν improprie accipere velis. Nam si illud, diceret Eusebius: „illi quidem deo invisi nunc non sunt felices, quia neque antea vivebant," si hoc, sententia esset haec: „illi quidem deo invisi nunc non vivunt, quia neque antea felices erant." Quas duas sententias esse perversissimas, monuisse satis habeo. Itaque vel nunc nihil restat nisi ut tum εἰσὶν tum ἦσαν improprie accipiamus. Sed hoc fieri debere, quamvis per se reliquae interpretationes non essent ineptae, tamen luculentissime doceret tota loci contexta oratio. Nam Eusebius tum in antecedentibus tum sequentibus loquitur de magna hominum dei legibus reluctanctium calamitate. Cf. antecedentia verba: ἐπειδὴ — ὁ μέγας ποιμὴν, τοὺς θῆρας καὶ τοὺς λύκους καὶ πᾶν ἀπηνὲς καὶ ἄγριον γένος ἀποσοβήσας, καὶ τὰς μύλας τῶν λεόντων ἣ φησὶ τὰ θεῖα λόγια συντρίψας, τοῦ καταισχύναι ἐχθρὸν καὶ ἐκδικητὴν, καὶ ὡς ἂν ἔλεγχον ταῖς θεομάχοις τῶν ἀσεβῶν προαγάγοι τόλμαις. Neque tamen ex his plena sis verborum καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν, etc. adhuc cognoscitur. Nam secundum inde apparet Eusebium dicere velle illos θεομισεῖς nunc esse infelices „iusta dei poena" quia neque antea ipsi erant felices „recta et honesta ratione." Haec vero Eusebium sibi simul velle, ipse supra significavi verba illa „iusta dei poena" et „recta et honesta ratione" uncis inclusa addendo. Quidni enim tam per se tum propter antecedentia haec tantum significare potuerit Eusebius: „illi quidem deo invisi nunc non sunt felices, quia neque antea erant?" Significaret deinde simpliciter Eusebius non esse mirum illos truces et atroces tyrannos eo tempore quo scribebat, esse miseros, cum vel antea miseri fuissent, neque facile ex miseriis emergere eum qui semel iis sit immersus. Sed accuratius consideranti sequentia verba quibus usus est Eusebius, patebit eum paulo alium sibi cogitasse calamitatis prioris et serioris in quam inciderunt illi θεόμαχοι, nexum et coniunctionem. Sequens enim ταράξαντες luculenter docere puto, Eusebium propterea negare *antea* illos θεομισεῖς fuisse felices, quod omnem suam felicitatem male quaererent in aliorum hominum felicitate turbanda eorumque fortuna evertenda. Simul vero verbo ταρά-

ξαντες bene addidit ταραχθέντες Eusebius, apta et concinna brevitate declarans illud Silii Ital. II, 499.

— — quantum *terrent*, tantum *metuentia* regna,

et adumbratam nonnisi illorum felicitatem esse potuisse, *ex rei ipsius natura* sequi significans. Cf. Seneca de clementia I, 7, 2. ed. Ruhkopf. Crudele regnum, turbidum, tenebrisque obscurum est, *inter trementes et ad repentinum sonitum expavescentes, nec eo quidem qui omnia turbat, inconcusso.* Senec. Oedip. v. 705. Qui sceptro duro saevus imperio regit *timet timentes, metus in auctorem redit.* De voce ταράσσειν simul vid. Kuinoel. Commentar. ad Matth. II, 3 p. 24 sq. ed. III. Sed neque illud noster tacuit deum omnis iniustitiae ultorem ac vindicem effecisse, ut *serius* illos scelerum suorum poena assequeretur. Nam εἶθ' ὑποσχόντες, inquit, τιμωρίαν οὐ μεμπτὴν τῇ δίκῃ, ἑαυτοὺς καὶ οἴκους, ἄρδην ἀναστάτους κατέστησαν, quae bene vertit Valesius: „poenas deinde gravissimas *divinae* iustitiae persolventes, semet ipsos cum amicis et omni familia funditus everterunt.“ Illud tamen tenendum erit ἀναστάτους κατέστησαν non ad vitae sed potius ad opum et fortunae ruinam esse referendum, qua omnis pestifera vis illorum nefariorum hominum reprimebatur et comprimebatur. Nam explicantur ut illis ὑποσχόντες — δίκῃ ita illo ἀναστάτους κατέστησαν praecedentia καὶ νῦν οἱ μὲν οὐκ εἰσίν, quae non posse proprie accipi, vidimus. Praeterea sponte sua hoc intelligitur. Nam quamvis concedere velimus ἑαυτοὺς ἀναστάτους κατέστησαν, dicere proprio sensu potuisse Eusebium, ita ut illos homines sibimet ipsis vitam eripuisse cogitandum sit, tamen amicos etiam et familias suas ita omnes illos ἀναστάτους fecisse, vix dicere ille poterat, ut taceam, minime hoc tanquam iustitiae divinae opus praedicare potuisse Eusebium, quod illi homines se, amicos et familias suas hoc modo ἀναστάτους fecissent. Neque vero repugnat nobis illud quod Eusebius in sequentibus plures psalmorum locos attulit, quos ἐπαληθεύειν putat illam magnam hominum nefariorum qui Christianos tantopere vexaverant, calamitatem. Nam in omnibus illorum psalmorum vere sermo est nonnisi de summa improborum miseria, non de ipsa eorum vitae iactura et illa „τοῦ σφάξαι τοὺς εὐθεῖς τῇ καρδίᾳ· ἡ ῥομφαία αὐτῶν εἰσέλθοι εἰς καρδίαν αὐτῶν“ לִטְבוֹחַ יִשְׁרֵי־דָרֶךְ׃ חַרְבָּם תָּבוֹא בְלִבָּם (Psalm. XXXVII, 14. 15.), facile aut simpliciter simul laudare neque inde quidquam colligi velle, aut improprie interpretari noster potuit. Itaque his disputatis ipsam interpretationem nostram verborum Eusebii καὶ νῦν, οἱ μὲν οὐκ εἰσὶν, οἱ θεομισεῖς, ὅτι, μηδὲ ἦσαν solam esse veram ostendisse mihi videor et Eusebius propterea nunc ipsius dei iustitia in miseriam coniectos esse homines truculentos et saevos dixit et recte dicere poterat, quod illi neque antea veram et hone-

stam felicitatem quaesiverant (ταράξαντες), unde poenas divinas neque solum ea mala quae sua ipsorum improbitas iis afferebat (ταραχθέντες) seu poenas naturales illos nunc sequi, erat consentaneum. Ceterum satis placuisse sibi videtur noster in imitanda illa loquendi ratione qua usus erat ante eum Dionysius Alexandrinus. Nam in oratione de laudibus Constantini c. VII. extr. de Constantino loquens Eusebius: ὃν δή, inquit, νικητὴν παντὸς τοῦ τῶν πολεμίων ἀπέφηνε γένους, ἵνα κατὰ πολλῶν ἐγείρας. Et statim addit: οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων φίλοι· μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν· ὁ δ' ἐξ ἑνὸς εἷς βασιλεὺς, εἰκὼν ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως. Ubi imitari similiter voluisse nostrum Dionysium Alexandrinum laudato loco Euseb. H. E. VII, 23. recte animadvertit iam Valesius qui recte quoque vertisse videtur illa verba μᾶλλον δὲ οὐδὲν ἦσαν, ὅθεν οὐδ' εἰσίν: „Immo vero nihil erant, ideoque in praesentia nihil sunt.“ Nam hoc loco ἦσαν et εἰσὶν proprie dicta esse, sponte apparet. Sed οὐδὲν proprie accipiendum sit, nec ne, hoc certe prima specie dubium videri potest. Utrumque enim videtur fieri posse. Quodsi prius statuas, respexisse censendus erit Eusebius illud quod ante dixerat, οἱ μὲν γὰρ ἦσαν μυρίοι, πολλοί τε πολλῶν ἅτε δαιμόνων φίλοι, ita ut hoc quasi corrigens deinde statim neget dici posse eos numerum quendam constituisse, unde nec nunc quendam constituant. Contra si improprie malis dictum esse οὐδὲν ab Eusebio, optime convenient sequentia ὁ δ' ἐξ ἑνὸς εἷς βασιλεὺς, εἰκὼν ἑνὸς τοῦ παμβασιλέως· praecedentia vero certe non repugnabunt et sententia loci haec est: „Nam illi quidem erant innumerabiles, multique utpote multorum daemonum amici (ita vertit Vales.: οἱ μὲν γὰρ ἦσαν — — φίλοι). Imo vero homines erant *nihili*, unde neque nunc sunt *aliquid*, hic vero, unus ex uno imperator, unius dei summi omnium imperatoris gerit effigiem.“ Et apprime conveniunt quoque sequentia: Καὶ οἱ μὲν, ἀθέῳ ψυχῇ τοὺς εὐσεβεῖς ἄνδρας μιαιφόνοις ἀνῄρουν σφαγαῖς, ὁ δὲ, τὸν αὐτοῦ σωτῆρα μιμούμενος, καὶ μόνον σώζειν εἰδὼς, καὶ τοὺς ἀθέους ἔσωζεν, εὐσεβεῖν διδάσκων, etc. Itaque οὐδὲν improprie dixisse Eusebium hoc loco, longe mihi videtur probabilius. Vide Eurip. Iphig. A. v. 351. ὡς δ' εἰς Αὖλιν ἦλθες, οὐδὲν ἦσθ'. cf. v. 934. Valckenar. ad Eurip. Phoeniss. p. 227. Hoogeven. ad Viger. p. 152. Hermann. ad Viger. p. 731. Neque in voce εἶναι etc. similiter non lusit noster in eadem orat. de laudib. Constantin. c. XVI. quem locum ut melius possit de eo iudicari, integrum adscribimus: τοσούτων ἐναργῶν ἀποδείξεων, τὴν μετὰ τὸν θάνατον ἀρετήν τε καὶ δύναμιν τοῦ σωτῆρος ἡμῶν πιστουμένων, τίς οὕτω σιδήριος τὴν ψυχὴν, ὡς μὴ συμμαρτυρεῖν τῇ ἀληθείᾳ, καὶ τὴν ἔνθεον αὐτοῦ ζωὴν ὁμολογεῖν; ζώντων γὰρ, ἀλλ' οὐ νεκρῶν τὰ κατορθώματα, ὄψεις τε ἀδήλων φασὶν εἶναι τὰ φαινόμενα. Αὐτίκα γοῦν χθὲς καὶ πρώην θεομάχων —— βίον ἐκύκα, ἦγέ τε καὶ ἀπῆγε, καὶ πολλὰ ἴσχυεν. Ἐπεὶ δὲ ἐξ ἀνθρώπων ἀπηλλάγη, κεῖτο δὴ κατὰ ταῦτα ἐπὶ γῆς,

σκυβάλων ἐκβλητότερον, ἄπνουν, ἀκίνητον, ἄναυδον καὶ οὐκ ἔτ᾽ αὐτῶν λόγος οὐδεὶς, οὐ μνήμη· φύσις γὰρ αὕτη νεκρῶν· καὶ ὁ μηκέτ᾽ ὢν, οὐδείς ἐστιν (i. e. qui e vita sublatus est, nihili est)· *ὁ δὲ μηδεὶς ὢν πράξειέ τι;* Pergit autem Eusebius in Christi gratiam sane nescio quo modo illa argumentatione utens: *ὁ δ᾽ ἐνεργῶν καὶ πράττων καὶ πλείονα τῶν ζώντων δυνάμενος, πῶς ἂν ὑποληφθείη μὴ ὤν; Εἰ δ᾽ ἀφανὴς εἴη σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ᾽ οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον· —— ἀλλ᾽ ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυκεν ἐπινοεῖσθαι· διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος, τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ προσήκοι ἂν ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν, καὶ διακρίνειν· εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰσέτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα· εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν; ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα· τὸ γὰρ μὴ ὄντα πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι οὐδ᾽ ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις ζώντων, νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία.* Denique ut hoc in transcursu addam, locum Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. VII, 23. inde a verbis: *Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας* usque ad *προανατείλας* si non imitatus est, certe respexit Chrysostom. Tom. II. p. 23. B. ed. Montefalc., ubi haec leguntur: *ὥσπερ νεφέλη* (cf. quae annotavi ad Euseb. H. E. VII, 23 not. 2.) *τις πυκνὴ γενομένη καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα ὑπεκδραμοῦσα* (Savilius cum nonnuliis MSS. *ὑποδραμοῦσα*), *ἀποστρέφει τὴν αὐγὴν εἰς τοὐπίσω· οὕτω δὴ καὶ ἀθυμίας νέφος, ἐπειδὰν στῇ πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἀφίησιν εὔκολον γενέσθαι τὴν τοῦ λόγου διάβασιν, ἀλλ᾽ ἀποπνίγει, καὶ συνέχει μετὰ πολλῆς τῆς ἀνάγκης ἔνδον αὐτόν.* Cf. ibid. C. *ἀλλ᾽ ἐννοήσας ὅτι οὐκ ἀντιφράττει μόνον νεφέλης φύσις τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν τῆς ἀκτῖνος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον αὐτὴ πάσχει πολλάκις· ἐπειδὰν γὰρ ὁ ἥλιος θερμότερος προσπεσὼν διηνεκῶς τρίβῃ τὸ νέφος, μέσον τε αὐτὸ διέῤῥηξε πολλάκις, καὶ ἀθρόον ἐκλάμψας φαιδρὸς ταῖς τῶν ὁρώντων προσέπεσεν ὄψεσι* etc.

Sed ut ad nostrum locum redeamus, animadvertant velim postremo lectores docti insignem usum vocis *στήλη*. Dixit enim Eusebius: *ὡς τὰς πάλαι στήλαις ἱεραῖς καταγραφείσας προῤῥήσεις ἔργοις πιστὰς ὁμολογεῖσθαι.* De quo loco recte iam Kestner., de Euseb. auctor. et fide diplomat. p. 76 not. 184.: „*Ne vero*, inquit, *στήλας ubique statuas* (vel cippos., vid. Euseb. H. E. II, 12 not. 12. II, 23 not. 22.) *significare putes* (cf. Euseb. H. E. IX, 7 init. ubi edicta commemorantur *στήλαις ἐντυπωμένα χαλκαῖς* atque ibid. paulo post *ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης* et Passow. Lexic. s. v. *στήλη* n. 5.), *apud Eusebium, scias, στηλας ἱερας libros sacros aliquando denotare. cf. H. E. X, 4.*“ Recte quidem. Sed paucis iis quae Kestnerus monuit, adiicere quaedam haud abs re fuerit. Quare conferas velim infra verba: *Καὶ τάδε μὲν λόγοις πάλαι προθεσπισθέντα, βίβλοις ἱεραῖς καταβέβλητο.* IX, 9. *τὰ πάλαι ἀπιστούμενα — ἐν ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα.* Quid vero moverit Eusebium, ut libros *στήλας* appellaret, vide ipsum declarantem X, 2.

verbis: ἂν οὐκ ἀπὸ τρόπου γένοιτ' ἂν — ὥσπερ ἐν ἱερᾷ στήλῃ, τῇδε τῇ βίβλῳ, τὰς φωνὰς — ἐγχάραξαι. Putavit igitur Eusebius commodo posse contendi quemcunque librum cum columna s. statua et sigillatim libros sacros cum στήλαις ἱεραῖς. Cf. Chrysostom. Tom. II. p. 3. B. ed. Montef. εἶτα ὁ διδάσκαλος οὐ μόνον ἐπέταξεν ἀλλὰ καὶ γράμμασιν ἐναπέθετο καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ πρὸς αὐτὸν ἐγκολάψας ἐπιστολῇ. Adde Euseb. H. E. V. prooem.: ὁ δέ γε τοῦ κατὰ τὸν Θεὸν πολιτεύματος διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος, τοὺς — πολέμους, καὶ τοὺς — ἀνδρισαμένους αἰωνίαις ἀναγράψεται στήλαις i. e. immortalibus *litterarum monumentis*, ut recte ibi vertit Valesius qui vero nostro loco στήλαις ἱεραῖς haud apte vertit: „sacris tabulis." Aut „*libris* sacris" simpliciter aut „*libris sacris quasi quibusdam statuis*" vertendum erat. Posterioribus vero mentem Eusebii accuratius etiam significari, docet locus supra laudatus X, 2. Eadem est ratio loci Euseb. H. E. VIII, 13 init. Τῶν δὲ — μαρτυρησάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων πρῶτος ἡμῖν ἐν εὐσεβῶν στήλαις — ἀναγορευέσθω μάρτυς — Ἄνθιμος i. e.: „Ex praesidibus autem ecclesiarum qui — martyrium perpessi sunt, primus *in his quasi quibusdam statuis inscribantur pii*, *in litterarum monumentis* nominetur Anthimus" vel brevius: „in hoc meo quo pii inscribantur libro seu opere." Recte nec h. l. vertit Rufinus: „in *memoriis* piorum" Vales.: „in piorum *tabulis*" et Stroth.: „*bei den Denkmählern, die wir den Gläubigen setzen wollen, soll unter den Vorstehern der Gemeinen — Anthimus als Zeuge des Reichs Christi zuerst von uns genannt werden.*" Porro vid. Euseb. demonstrat. evangel. V. p. 208. ed. Montac. στήλαις καὶ βίβλοις ἱεραῖς τῶν προφητῶν, ubi pessime „*titulis*" στήλαις vertitur. Locus etiam insignis huc pertinet Cinnami histor. init. καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις ταῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι. Cf. Euseb. H. E. X, 2. Contra superius cap. 4. lib. X. apud Eusebium ἐν στήλαις sine causa vertit Vales.: „in *edictis*," cum ibi commode de statuis possit cogitari. Cf. verba quae ibi leguntur: βασιλικοῖς χαρακτῆρσι. Passow. Lexic. s. v. χαρακτὴρ et nostra not. 13. Similiter non opus esse puto in Gregorii Naz. carm. XIII. edito a Muratorio in anecdd. Graecc. p. 14.

Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἐπὶ χεῖρας ἐνεγκεῖν
Στήλῃ καὶ τύμβῳ, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς

vocabulum στήλη aliter quam *cippum* interpretari, quamvis ad h. l. animadverterit Muratorius: „*Columnis* tamen exornari quoque solebant mortuorum monumenta, non aevo solum Nazianzeni, sed etiam Plinii serioris, et Ciceronis, ut is lib. VI. cap. 28. Hist. Nat. hic vero lib. V. Tuscul. et lib. II. de Legib. (cf. Valesius ad Euseb. H. E. II, 12 not. 2.) scripsere. Imo et

σκυβάλων ἐκβλητότερον, ἄπνουν, ἀκίνητον, ἄναυδον καὶ οὐκ ἔτ' αὐτῶν λόγος οὐδεὶς, οὐ μνήμη· φύσις γὰρ αὕτη νεκρῶν· καὶ ὁ μηκέτ' ὤν, οὐδείς ἐστιν (i. e. qui e vita sublatus est, nihili est)· ὁ δὲ μηδεὶς ὢν πράξειέ τι; Pergit autem Eusebius in Christi gratiam sane nescio quo modo illa argumentatione utens: ὁ δ' ἐνεργῶν καὶ πράττων καὶ πλείονα τῶν ζώντων δυνάμενος, πῶν ἂν ὑποληφθείη μὴ ὤν; Εἰ δ' ἀφανὴς εἴη σαρκὸς ὀφθαλμοῖς, ἀλλ' οὐκ ἐν αἰσθήσει τὸ κριτήριον — ἀλλ' ἐκ τῶν ἔργων τὰ τοιάδε πέφυκεν ἐπινοεῖσθαι· διὸ δὴ καὶ ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου σωτῆρος, τὴν ἀφανῆ δύναμιν αὐτοῦ προσήκοι ἂν ἐκ τῶν ἔργων ἐπισκοπεῖν, καὶ διακρίνειν· εἴτε χρὴ ζῶντος ὁμολογεῖν τὰ εἰσέτι δεῦρο πρὸς αὐτοῦ κατορθούμενα· εἴτε καὶ μὴ ὄντος εἶναι λέγειν; ἢ μωρὸν καὶ ἀσύστατον τὸ ἐρώτημα· τὸν γὰρ μὴ ὄντα πῶς ἄν τις εὐλόγως εἶναι εἴποι; εἴγε τὸ μὴ ὂν πάσαις ψήφοις ἀποπέφανται, οὐδὲ δύνασθαί τι οὐδ' ἐνεργεῖν, οὐδὲ πράττειν· αὕτη γὰρ φύσις ζώντων, νεκρῶν δὲ ἡ ἐναντία. Denique ut hoc in transcursu addam, locum Dionysii Alexandrini apud Euseb. H. E. VII, 23. inde a verbis: Ὥσπερ γὰρ νέφος τὰς ἡλιακὰς ἀκτῖνας usque ad προανατείλας si non imitatus est, certe respexit Chrysostom. Tom. II. p. 23. B. ed. MONTEFALC., ubi haec leguntur: ὥσπερ νεφέλη (cf. quae annotavi ad Euseb. H. E. VII, 23 not. 2.) τις πυκνὴ γενομένη καὶ τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα ὑπεκδραμοῦσα (SAVILIUS cum nonnuliis MSS. ὑποδραμοῦσα), ἀποστρέφει τὴν αὐγὴν εἰς τοὔπισω· οὕτω δὴ καὶ ἀθυμίας νέφος, ἐπειδὰν στῇ πρὸ τῆς ψυχῆς τῆς ἡμετέρας, οὐκ ἀφίησιν εὔκολον γενέσθαι τὴν τοῦ λόγου διάβασιν, ἀλλ' ἀποπνίγει, καὶ συνέχει μετὰ πολλῆς τῆς ἀνάγκης ἔνδον αὐτόν. Cf. ibid. C. ἀλλ' ἐννοήσας ὅτι οὐκ ἀντιφράττει μόνον νεφέλης φύσις τὴν εἰς τὸ πρόσω φορὰν τῆς ἀκτῖνος, ἀλλὰ καὶ τοὐναντίον αὐτὴ πάσχει πολλάκις· ἐπειδὰν γὰρ ὁ ἥλιος θερμότερος προσπεσὼν διηνεκῶς τρίβῃ τὸ νέφος, μέσον τε αὐτὸ διέῤῥηξε πολλάκις, καὶ ἀθρόον ἐκλάμψας φαιδρὸς ταῖς τῶν ὁρώντων προσέπεσεν ὄψεσι etc.

Sed ut ad nostrum locum redeamus, animadvertant velim postremo lectores docti insignem usum vocis στήλη. Dixit enim Eusebius: ὡς τὰς πάλαι στήλαις ἱεραῖς καταγραφείσας προῤῥήσεις ἔργοις πιστὰς ὁμολογεῖσθαι. De quo loco recte iam KESTNER., de Euseb. auctor. et fide diplomat. p. 76 not. 184.: „*Ne vero*, inquit, στήλας *ubique statuas* (vel cippos. vid. Euseb. H. E. II, 12 not. 12. II, 23 not. 22.) *significare putes* (cf. Euseb. H. E. IX, 7 init. ubi edicta commemorantur στήλαις ἐντυπωμένα χαλκαῖς atque ibid. paulo post ἀπὸ τῆς ἐν Τύρῳ στήλης et PASSOW. Lexic. s. v. στήλη n. 5.), *apud Eusebium, scias*, στηλας ἱερας *libros sacros aliquando denotare. cf. H. E. X, 4.*" Recte quidem. Sed paucis iis quae KESTNERUS monuit, adiicere quaedam haud abs re fuerit. Quare conferas velim infra verba: Καὶ τάδε μὲν λόγοις πάλαι προθεσπισθέντα, βίβλοις ἱεραῖς καταβέβλητο. IX, 9. τὰ πάλαι ἀπιστούμενα — ἐν ἱεραῖς βίβλοις ἐστηλιτευμένα. Quid vero moverit Eusebium, ut libros στήλας appellaret, vide ipsum declarantem X, 2.

verbis: ὧν οὐκ ἀπὸ τρόπου γίνοιτ' ἂν — ὥσπερ ἐν ἱερᾷ στήλῃ, τῇδε τῇ βίβλῳ, τὰς φωνὰς — ἐγχάραξαι. Putavit igitur Eusebius commodo posse contendi quemcunque librum cum columna s. statua et sigillatim libros sacros cum στήλαις ἱεραῖς. Cf. Chrysostom. Tom. II. p. 3. B. ed. MONTEF. εἶτα ὁ διδάσκαλος οὐ μόνον ἐπέταξεν ἀλλὰ καὶ γράμμασιν ἐναπέθετο καθάπερ ἐν στήλῃ χαλκῇ, τῇ πρὸς αὐτὸν ἐγκολάψας ἐπιστολῇ. Adde Euseb. H. E. V. prooem.: ὁ δέ γε τοῦ κατὰ τὸν Θεὸν πολιτεύματος διηγηματικὸς ἡμῖν λόγος, τοὺς — πολέμους, καὶ τοὺς — ἀνδρισαμένους αἰωνίαις ἀναγράψεται στήλαις i. e. immortalibus *litterarum monumentis*, ut recte ibi vertit VALESIUS qui vero nostro loco στήλαις ἱεραῖς haud apte vertit: „sacris *tabulis*.“ Aut „*libris* sacris“ simpliciter aut „*libris sacris quasi quibusdam statuis*“ vertendum erat. Posterioribus vero mentem Eusebii accuratius etiam significari, docet locus supra laudatus X, 2. Eadem est ratio loci Euseb. H. E. VIII, 13 init. Τῶν δὲ — μαρτυρησάντων ἐκκλησιαστικῶν ἀρχόντων πρῶτος ἡμῖν ἐν εὐσεβῶν στήλαις — ἀναγορευέσθω μάρτυς — Ἄνθιμος i. e.: „Ex praesidibus autem ecclesiarum qui — martyrium perpessi sunt, primus *in his quasi quibusdam statuis inscribantur pii*, *in litterarum monumentis* nominetur Anthimus“ vel brevius: „in hoc meo quo pii inscribantur libro seu opere.“ Recte nec h. l. vertit Rufinus: „in *memoriis* piorum“ VALES.: „in piorum *tabulis*“ et STROTH.: „*bei den Denkmählern, die wir den Gläubigen setzen wollen, soll unter den Vorstehern der Gemeinen — Anthimus als Zeuge des Reichs Christi zuerst von uns genannt werden.*“ Porro vid. Euseb. demonstrat. evangel. V. p. 208. ed. MONTAC. στήλαις καὶ βίβλοις ἱεραῖς τῶν προφητῶν, ubi pessime „*titulis*“ στήλαις vertitur. Locus etiam insignis huc pertinet Cinnami histor. init. καθάπερ ἐν ἀθανάτοις στήλαις ταῖς βίβλοις ἐντυπωσάμενοι. Cf. Euseb. H. E. X, 2. Contra superius cap. 4. lib. X. apud Eusebium ἐν στήλαις sine causa vertit VALES.: „in *edictis*,“ cum ibi commode de statuis possit cogitari. Cf. verba quae ibi leguntur: βασιλικοῖς χαρακτῆρσι. PASSOW. Lexic. s. v. χαρακτὴρ et nostra not. 13. Similiter non opus esse puto in Gregorii Naz. carm. XIII. edito a MURATORIO in anecdd. Graecc. p. 14.

Μή ποτε, Μαρτινιανὲ, τεοῖς ἐπὶ χεῖρας ἐνεγκεῖν
Στήλῃ καὶ τύμβῳ, οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἱεροῖς

vocabulum στήλη aliter quam *cippum* interpretari, quamvis ad h. l. animadverterit MURATORIUS: „*Columnis* tamen exornari quoque solebant mortuorum monumenta, non aevo solum Nazianzeni, sed etiam Plinii serioris, et Ciceronis, ut is lib. VI. cap. 28. Hist. Nat. hic vero lib. V. Tuscul. et lib. II. de Legib. (cf. VALESIUS ad Euseb. H. E. II, 12 not. 2.) scripsere. Imo et

de istis sepulcralibus *columnis* mentionem Theocritus facit in Dioscuris prope finem. Hinc Servius in XI. Aen. ait: *Apud maiores, nobiles aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus sepeliebantur, unde natum est, ut super cadavera pyramides fierent, aut ingentes collocarentur Columnae.* Cassiodorus quoque lib. VI. Variar. Epist. 8. in formula Comit. rer. privat. haec habet: *Ne quis vestita marmoribus sepulcra nudaret, ne quis Columnarum decorem irreligiosa temeritate dimovere praesumeret.* Videndus et C. U. Ioannes Vignolius in Dissert. de Columna Antonini Pii cap. 4. Patet igitur, cur non semel harum *Columnarum* Poëta noster mentionem iniiciat. Leges etiam nonnullae codicis Theodosiani, et Paulus in 1. sent. tit. de sepulcris, aliique huius rei fidem faciunt. Tu horum sepulcrorum aliquot ἔκτυπα videas apud Aringhum lib. II. cap. 10. Romae subterr." Ipse vero Muratorius in Gregor. carm. XV. στήλην καὶ τάφον vertit *cippum* ac tumulum. Cf. carm. XLIII. p. 41. De statuis in honorem alicuius erectis utitur voce στήλη idem Gregorius Nazianzenus in carm. XIV.

Ῥώμη, καὶ βασιλῆες ἐμοὶ καὶ πείρατα γαίης
Στῆλαι Μαρτινιανῷ, τὰς χρόνος οὐ δαμάσει.

Contra sensu improprio de rei alicuius *monumento et teste* in orat. X. de funere Caesarii fratris Gregorius illud verbum usurpat, cum scribit: omnes orientalis et occidentalis ora et omnes regiones quas postea peragravit, sunt ἐπίσημοι στῆλαι τῆς ἐκείνου παιδεύσεως.

EXCURSUS XVII.

ad

Euseb. Histor. Eccles. X, 5.

(Tom. III. p. 252.)

Fateor Valesii interpretationem mihi videri veram, eaque verborum difficultatem et ambiguitatem, quae Tillemontius, Basnagius, alii prorsus adeo obscura et inexplicabilia esse duxerunt, certe maximam partem tolli, neque utrum σαφῶς sit recta lectio, hoc loco recte posse dubitari existimo. Sed cum ipsum Moshemium in Commentt. de rebus Christianorum ante C. M. p. 960. aliter illa verba de quibus agitur, accepisse viderim, ad ea quae Valesius observavit, nonnulla adiicere haud alienum esse censeo. Moshemius enim illud potius dici illis posterioris huius imperatorum edicti verbis contendit, *propterea nonnullos Christianorum* (ad hos enim solos referendum esse ἑαυτῶν, τοῖς αὐτοῖς et αὐτῶν recte censet V. D.) *destitisse a libera religionis suae observantia seu cultu* (cf. paulo ante verba τὴν πίστιν φυλάττειν et inferius τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν ἢ θρησκείαν ubi ad παραφύλαξιν subaudiendum πίστεως. Strothius bene vertit utroque loco: *von solcher Beobachtung der Religion* et: *die Religion oder Weise* [θρησκείαν] *der Christen*, Valesius male simpliciter *observantiam*), *quia ipsi haud disertis verbis essent in edicto priori indicati et nominati, quod tamen evenerat multis aliis sectis.* Inde igitur collegisse nonnullos Christianorum ipsis, denegatam esse illam religionis suae libere exercendae veniam, et a libero illius cultu abstinuisse. At enim vero huic viri summi interpretationi non solum repugnat, quantum equidem video, ipsa rei ratio, siquidem per se vix potest cogitari, haud nominatim in illo edicto commemoratos esse solos Christianos, verum etiam diserta verba τοῖς τε Χριστιανοῖς et ἐν ᾗ τοῖς αὐτοῖς συνεχωρήθη ἡ τοιαύτη ἐξουσία prorsus obstant. Fac autem vere haud diserte *Christianorum* nomen in illo edicto fuisse perscriptum, hoc certe dictum fuisse probant verba ἕκαστον κεκελεύκειμεν — — φυλάττειν et ἐν ᾗ — ἡ τοιαύτη ἐξουσία, ipso consentiente l. l. Moshemio, *omnibus*

de istis sepulcralibus *columnis* mentionem Theocritus ... am fuisse
ris prope finem. Hinc Servius in XI. Aen. ait: *Apu* ... terea cre-
aut sub montibus altis, aut in ipsis montibus sepeli ... ibi denega-
est, ut super cadavera pyramides fierent, ... dicta fuerit.
rentur Columnae. Cassiodorus quoque lib ... φαιρεθῶσιν
in formula Comit. rer. privat. haec hab ... ῶν γράμμασι —
moribus sepulcra nudaret, ne quis C ... la verba ἀφαιρε-
religiosa temeritate dimovere prae ... *bus omnino con*-
Ioannes Vignolius in Dissert. de ... is significare pot-
Patet igitur, cur non semel h ... *dubias et controver*-
mentionem iniiciat. Leges eti ... it, quem recte taxavit
et Paulus in 1. sent. tit. d ... co vertit, ut vertendum
faciunt. Tu horum sepul ... ntra eadem, ut aiunt, chorda
Aringhum lib. II. cap. 10 ... ebersetzung des Eusebius Tom.
RIUS in Gregor. carm. ... que loco ubi legitur verbum αἵρεσις,
mulum. Cf. carm. XL ... *et temere* l. l. not. 9. reprehendit VA-
ius erectis utitur ... *h.* l. turpiter peccaverit, neque locum La-
carm. XIV. ... *persecutt.* c. XLVIII., qui sane est conferendus
Po ... *etiam* explicationem, cognoverit, id quod exinde
... *modo licet* colligi, quod VALESIUS illum locum non
... *animadversione* ad h. l. Rectius profecto virum
Contra s ... *hoc* oblitum esse censendum erit. Neque vero me-
orat. X ... *πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις* interpretatus est ex mea sen-
pat, ... *iuris* ecclesiastici commentt. partic. I. p. 33 not. 1.
regi ... *impedimenta.*" Quae cum ita sint, nulla nisi ea,
παι ... VALESIUS not. 2. attulit, interpretatio mihi probatur, ne-
... quidquam aliud significare posse puto nominatim verba ἀφ-
... αιρεσιν πανυελῶς τῶν αἱρεσέων nisi in posteriori edicto disertam
... *mentionem* omnium religionis sectarum quae in priori facta erat,
... omissam, praeter Christianorum scilicet. Nam hi disertis
... *verbis* commemorati sunt vel in posteriori edicto. Vide verba
... δάμεν — τοῖς Χριστιανοῖς *etc.* et ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέ-
... τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς δεδωκέναι. Iam vero aliter et a semet
ipso desciscens sensum constitutionis exposuit ipse VALESIUS
inferius not. 10. Sed male, ut facile apparere puto. Neque enim
video, quomodo ibi dicere potuerit V. D., in priori lege iusto
benigniorem Constantinum se gerere visum esse in Christianos,
quo gentilium invidia excitata fuerit, iniquiorem contra simul
non solum in Christianos catholicos sed etiam in Christianorum
nonnullos qui a fide catholica descivissent. Certe ex verbis po-
sterioris edicti ἐπεὶ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις ἐν ἐκείνῃ τῇ ἀντιγραφῇ
— — προστεθεῖσθαι σαφῶς nihil potest colligi nisi quod ipse VA-
LESIUS not. 2. collegit, Christianos eosdemque catholicos diserta
multarum ac diversarum religionis sectarum mentione quam prior
lex fecerat, fuisse offensos. Contra quomodo secunda lex ita
dici possit explicatio primae, ut ex illa omnia ea in hac edicta esse

Valesius not. 10. exposuit, me quidem plane ..ndem ea quae de gentilibus et haereticis Chri- ..attulit, posterior lex vel tecte significat? Ita- ..l, ut ipsius verbis utar, *magno labore ex-* .. vano et inutili Valesius illum constitu- .. praeter illam loci explicationem quam ..am esse iudicare possum. Sed vel in ea ..identur. Quomodo enim si credebat ..onnullos ex Christianis religionem ..cuisse, quia diserta illa aliarum ..entione quae in priori edicto facta concedi ferrent aegrius neque eandem ..is libertatem superstitionis Iudaicae et pa- ..ellent tribui, quomodo, inquam, si hoc crede- ..oc posteriori edicto illam Christianorum nonnullo- ..m, si qua erat, tolli sibi persuadere poterat? Omisit ..e in hac secunda lege disertam illam haereticorum Chri- ..iorum, Iudaeorum et gentilium mentionem quae in prima fa- cta erat, sed hanc ipsam quam Christianis dedit, praerogativam et qua sane ipsis plus concedi credere illi poterant, nonne plane Constantinus eo iterum illis eripuit, quod in gratiam Christianorum nihil *vere* in hoc posteriori edicto constituit? Nonne enim illud solum cavere studuit vel hoc edicto, ut ne quisquam qualis tandem cunque ille sit, sibi ademtam opinetur plenam fidei suae profitendae libertatem ac potestatem? Non diserte ibi perscripta leguntur: *ὅπως δῶμεν καὶ τοῖς Χριστιανοῖς καὶ τοῖς πᾶσιν ἐλευθέραν αἵρεσιν, τοῦ ἀκολουθεῖν τῇ θρησκείᾳ ᾗ δ' ἂν βουληθῶσιν* κ. λ. et: *ὅπως μηδενὶ παντελῶς ἐξουσία ἀρνητέα ᾖ, τοῦ ἀκολουθεῖν καὶ αἱρεῖσθαι τὴν τῶν Χριστιανῶν παραφύλαξιν, ἢ θρησκείαν, ἑκάστῳ τε ἐξουσία δοθείη τοῦ διδόναι ἑαυτοῦ τὴν διάνοιαν ἐν ἐκείνῃ τῇ θρησκείᾳ, ἣν αὐτὸς ἑαυτῷ ἁρμόζειν νομίζῃ* κ. λ. et: *Ἅτινα τῇ σῇ ἐπιμελείᾳ πληρέστατα δηλῶσαι ἐδογματίσαμεν, ὅπως εἰδείης ἡμᾶς ἐλευθέραν καὶ ἀπολελυμένην ἐξουσίαν τοῦ τημελεῖν τὴν ἑαυτῶν θρησκείαν τοῖς αὐτοῖς Χριστιανοῖς δεδωκέναι· ὅπερ ἐπειδὴ ἀπολελυμένως αὐτοῖς ὑφ' ἡμῶν δεδωρῆσθαι, θεωρεῖ ἡ σὴ καθοσίωσις, καὶ ἑτέροις δεδόσθαι ἐξουσίαν τοῖς βουλομένοις τοῦ μετέρχεσθαι τὴν παρατήρησιν καὶ θρησκείαν ἑαυτῶν,* non denique volebat illo edicto ostendere imperator, *μηδεμιᾷ τιμῇ* (divino cultui) *μηδὲ θρησκείᾳ τινὶ* aliquid *μεμειῶσθαι*? Atque his ipsis potissimum ad suam interpretationem sese esse adductum profitetur l. l. Moshemius, et mirum sane est, Valesium in ea non advertisse animum, neque quidquam de iis dixisse, nisi forte ea suspicatus V. D. commotus est, ut alium sensum constitutionis nota 10. expiscaretur quem vero in ea minime inesse superius iam ostendi, id quod simul inde patet, quod adscita hac secunda Valesii interpretatione statuendum est, nullam

plane ullius sectae et nec Christianorum mentionem in posteriori lege factam esse, cum tamen Christiani iterum sint commemorati, ut iam antea monui. Iam vero quamvis haec ita sint, tamen nullo modo eiusmodi illa esse existimo, quae interpretationem nostram nos cogant deserere. Primum enim illa certe non repugnat usui loquendi, ut MOSHEMII et qui eum secutus videtur, STROTHII, neque ipsi quam posterius hoc edictum ipsum affert, per verba ἵν᾽ ἀφαιρεθῶσιν κ. λ. explicationi, ideoque ut taceam ea quae ab initio statim monui, certe minori illa laboraret difficultate. Deinde vero quo magis ista certe minuatur, responderi posse puto haec. Primum enim sumi possit imperatores vanum, iniustum et temerarium esse putavisse illud nonnullorum tantum Christianorum et de quo ne certo quidem constabat (τυχὸν ἴσως τινὲς αὐτῶν — ἀνεκρούοντο), optatum, ut minime omnibus eadem libertate qua Christianis fidem suam profiteri liceret. Quod si, ut par erat, imperatores censebant, consentaneum erat, ut vel novo hoc edicto, quamvis illam suam coniecturam et suspicionem declararent, tamen nullam prorsus haberent illius nonnullorum Christianorum offensionis et quam praeterea nonnisi coniectarent, rationem, imo simpliciter et maiori quadam gravitate repeterent prius suum decretum, quo ad unam omnibus illa libertas concessa erat, satis habentes tectius taxasse perversam nonnullorum opinionem. Deinde vero iustam quandam nobis responsionem haud scio an afferant verba: καὶ τοῦτο δὲ πρὸς τοῖς λοιποῖς εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν δογματίζομεν κ. λ. Quorum verborum sententia haec est: Hoc autem praeter ea, quae iam sancivimus in gratiam cuiuslibet religionis cultorum, in solorum Christianorum gratiam sancimus *etc.* Nam sine dubio ea quae sequuntur, in solorum Christianorum gratiam decreta sunt, et ad eos solos pertinent, neque cum verbis εἰς τὸ πρόσωπον τῶν Χριστιανῶν coniungi possunt verba πρὸς τοῖς λοιποῖς, quasi in gratiam Christianorum ut antea, ita nunc quoque decernatur. Hinc non satis recte vertit VALESIUS: „*Hoc autem amplius* (ut priora?) *in gratiam Christianorum decernimus.*" Melius STROTH.: „*Ausserdem haben wir noch, was die Christen besonders betrifft, zu befehlen geruhet.*" Cum igitur pateat, inde a verbis illis καὶ τοῦτο — δογματίζομεν κ. λ. in solorum Cristianorum gratiam nonnulla sanciri, inde recte coniici posse censeo, imperatores iniuriam illam quam Christianis priori edicto fecisse istis et sibi videri poterant, ipsis illis corrigere quasi voluisse ac resarcire, atque ita illa qua nostra loci explicatio adhuc premebatur difficultas, certe satis mihi videtur minui. Quod vero praeterea putat MOSHEMIUS, verba τῆς αἱρέσεως ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν ita quosdam ex Christianis esse interpretatos, *velle imperatores, ut unusquisque sectam et religionem, in qua natus et educatus esset, retineret, neque ad aliam sese religionem conferret,* illud

unde hauserit V. D., non satis video. Quamvis enim minime eam inficias, potuisse ita accipere nonnullos verba illa, tamen à posse ad esse, ut aiunt logici, nulla valet consequentia, aperte autem illius rei causam secundum Eusebii interpretem quaesiverunt ipsi imperatores nonnisi in eo, quod multae ac diversae sectae in priori edicto ἐδόκουν προστεθεῖσθαι σαφῶς. Hinc non potest non mihi lapsus videri ipse Planck. Geschichte der christlich-kirchlichen Gesellschafts-Verfassung Tom. I. p. 233 not. 1., ubi ad Moshemii sententiam accedens haec scripsit V. D.: „*Aus diesem Edikt vom Jahr* 313. (i. e. ex eo edicto Constantini de quo nunc agimus) *ersieht man den Inhalt des früheren vom Jahr* 312. *das nicht auf uns gekommen ist. In diesem früheren war nicht nur den Christen, sondern auch allen andern Sekten Religions-Freiheit zugesichert, aber die Clausel hinzugefügt, dass niemand die Religion, worinn er gebohren sey, verlassen sollte. Diese Clausel aber wurde durch das zweyte Rescript wieder aufgehoben. Vergleiche Mossheim Comment. p.* 960." Primum enim ex Eusebio non cognoscimus in priori edicto commemoratam fuisse quandam exceptionem (*Clausel*) et certe plures, πολλοὺς καὶ διαφόρους exceptiones in priori edicto additas fuisse dicendum erat, deinde verba illa τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτῶν τὴν πίστιν φυλάττειν multo minus *per se* significare possunt, noluisse imperatores antea adhuc quenquam religionem in qua natus esset, deserere. Ipse enim Moshemius illud tantum affirmavit, male quosdam fortasse illa verba ita esse interpretatos, Plankius contra etiam illud affirmare videtur, verba illa ita esse interpretanda et vere hanc exceptionem priori edicto adiunxisse imperatores. Sed quomodo isti deinde nihil plane addentes potuerint dicere: Ἤδη μὲν πάλαι σκοποῦντες τὴν ἐλευθερίαν τῆς θρησκείας οὐκ ἀρνητέαν εἶναι — — κατὰ τὴν αὐτοῦ προαίρεσιν, non satis apparet, ut taceam satis ambigue et obscure eos deinde illam exceptionem propposituros fuisse, quam eodem iure ita poterant interpretari Christiani, vel religionem in qua quisque natus esset, licere ei deserere. Quodsi quis alii eam concedit veniam, ut liceat ei τῆς αἱρέσεως καὶ τῆς θρησκείας τῆς ἑαυτοῦ τὴν πίστιν φυλάττειν, nonne ille poterit facile utramque sibi persuadere, licere ipsi, utcunque sibi placuerit, vel eam religionem quam adhuc secutus est, diutius et semper sequi vel ad aliam transire? In voce φυλάττειν certe quae per se nihil est nisi *custodire*, *tueri*, minime inest, quod in ea quaesivisse videtur Plankius. Neque κεκελεύκειμεν illud significat, quod satis constat saepissime non de eo dici qui alterum aliquid facere iubet, sed aliquid ei concedit et optat ut faciat, vel argumentis ei persuadet. Cf. Kypkius ad Luc. XIV, 22. Valckenar. ad Euripid. Hippolyt. v. 921.

Sed quamvis ea quae adhuc disputavi, vera esse censeam, tamen non possum non afferre in medium coniecturam certe satis, ut mihi videtur, speciosam et probabilem. Quamvis enim Graeca illa vox *αἱρέσεις* nullo modo significet *conditiones*, *impedimenta* et similia, tamen satis graves et idoneas adesse puto causas quibus coniicere possimus in textu *Latino* ita fere perscriptum fuisse: *Sed cum multae ac diversae* c o n d i t i o n e s *diserte additae essent*, scilicet sub quibus liceret singulis suam sententiam publice profiteri. Primum enim ut hoc coniiciam, suadet vel illud, quod, sive Valesii ac nostram sive Moshemii verborum *ἐπειδὴ* — — *ἀνεχρούοντο* explicationem amplectaris, illud negari nequit, paulo obscurius fuisse scripta in illo edicto ipsa illa verba, quae clara et perspicua esse cum maxime debebant. Contra si illud quod dixi, coniiciamus, verba illa fiunt facillima intellectu. Quamvis enim illas conditiones ipsas non noverimus, sub quibus solis licere Christianis voluerint imperatores liberam exercendae religionis suae potestatem, quia prius edictum illud Constantini non amplius superest, tamen his nec minime impedita fit ipsa sententia et satis verisimile esset illud quod l. l. not. 9. observat Strothius: „*Sie* (diese Bedingungen) *scheinen übrigens die Christen noch in Furcht erhalten zu haben, dass sie dem Frieden nicht recht trauten, sondern vermutheten, es möchte nur eine List seyn, um sie desto eher zu fangen. Daher viele sich noch nicht entschliessen konnten, ihre Religion frey und öffentlich zu üben.*“ Huc accedit quod interpres Eusebianus qui saepius turpiter lapsus est, hoc quoque loco facile aut non recte intelligere poterat vocem illam *conditiones* eamque idem esse putare, quod Graecum *αἱρέσεις*, unde hoc ipsum vocabulum pro Latino *conditiones* scripsit, aut quamvis Latinum conditionis vocabulum haud ignoraret, tamen ex arbitrio substituere in eius locum Graecum *αἱρέσεις*. Ita similiter inferius: *προσέλθωσι τῷ ἐπὶ τόπον ἐπάρχῳ*, male vertit, ubi de nullo praefecto apud Lactantium l. l. sermo est, sed potius de aliquo *vicario* i.e. compensatione, quam quis possit postulare, et eodem loco verba quae apud Lactantium leguntur „*si putaverint*“ plane omisit. Vid. Stroth. l. l. p. 110 not. 10., qui tamen non recte putat, interpretem apud Lactantium legisse *petiverint* pro *putaverint*, cum *αἰτῶσί τι* respondeat verbis *aliquid-postulent* et verba *si putaverint* plane omiserit potius pessime interpres, quam falso verterit. Vid. Moeller. de fide Euseb. Caes. p. 25 sq. Cf. Coteler. eccles. Graecae monumentt. Tom. I. p. 719. Holzhausen. comment. de fontibus quibus Socrates, Sozomenus ac Theodoretus in scribenda hist. sacr. usi sunt p. 68 sqq. et Kestner. de Euseb. p. 76 sq. Sed maximam probabilitatem coniecturae nostrae addit illud quod altero loco, ubi legitur vox *αἱρέσεων*, in illis scilicet *ἵν' ἀφαιρεθῶσιν παντελῶς τῶν αἱρέσεων*, apud Lactantium vere

legitur: „*amotis omnibus omnino conditionibus.*“ Itaque hoc loco illum quem dixi, errorem commisisse interpretem Eusebianum certissimum est, et nihil coniecturae nostrae firmitati deesset imo coniectura ea esse plane desineret, si initium huius posterioris edicti et certe pro verbis *ἀλλ' ἐπειδὴ πολλαὶ καὶ διάφοροι αἱρέσεις* apud Lactantium legeretur: „*sed cum multae et diversae conditiones.*“ Illud autem semper tenendum est, quod prorsus neglexerunt Moshemius, Strothius alii, nullo modo *αἱρέσεις* verti posse *conditiones*, nisi secundum hanc coniecturam, et si quaeratur quid in illo edicto ex sententia *interpretis Eusebiani* perscriptum fuerit, neque vero, quid imperatores illi vere edixerint, quia in interpretis illius explicatione commodo non possit acquiesci, nullam posse loci explicationem afferri, praeter eam quam verae interpretationis leges non suadent sed postulant. Atque eam quidem esse puto Valesii et nostram eodem modo quo nonnisi adscita illa coniectura omnem loci obscuritatem et difficultatem evanescere censeo.

INDICES.

INDEX I.

LOCORUM SCRIPTURAE SACRAE AB EUSEBIO ALIISQUE LAUDATORUM ET USURPATORUM.

INDEX II.

FONTIUM QUIBUS IN CONSCRIBENDA HISTORIA ECCLESIASTICA USUS SIT EUSEBIUS.

[Siglam * praefiximus omnibus iis fontibus quos Kestnerus tales fuisse Eusebio negavit, sed, ut nobis visum est, opinionem suam haud probans. Vide quae monui ad Euseb. H. E. V, 27 not. 5.]

tibus vero genium totamque vitam Eusebii, quae potius libris evolvendis et excerpendis, rebus dogmaticis scrutandis et diiudicandis, coram imperatore adparendo, precando et declamando, quam rebus minus notis et minus certis e latebris memoriae humanae eliciendis et contestandis erat occupata, facile apparebit, potius ea, quae in aliorum *scriptis*, quam ea, quae in hominum ore et memoria invenirentur, apud eum esse quaerenda. Videbimus etiam pleraque, quae Eusebius de scriptis antiquissimis Christianis afferat, ex aliis auctoribus esse exscripta.“ Praeterea cf. quae monui III, 25 not. 3 p. 246. **Hug.** Einleitung in das N. T. T. II. p. 127 ed. III. Sed traditionem sensu latiori noster secutus est porro III, 3., ubi Paulo quatuordecim epistolas *προδήλους καὶ σαφεῖς* assignat, quo satis indicavit, se hoc ex communi aevi sui et prioris sententia certissimum esse credidisse quamvis non tacendum putaverit, *ὅτι — τινες ἠθετήκασι τὴν πρὸς Ἑβραίους, πρὸς τῆς Ῥωμαίων ἐκκλησίας — φήσαντες.* — III, 18. in narratione de relegatione Iohannis in insulam Patmum sub Domitiano (*κατέχει λόγος*). Vid. **Eichhorn** Einleitung in das N. T. T. II. p. 117 sqq. cf. **Reuterdahl.** p. 80 sq. — III, 32. *Μετὰ Νέρωνα — — κατέχει λόγος ἀνακινηθῆναι διωγμόν.* III, 36 p. 272. de Ignatio: *Λόγος δ' ἔχει — ἕνεκεν etc.* — III, 37 p. 278. in opinione de miraculorum perpetuitate. — IV, 30 p. 412. in iis quae de *ἑτεροδοξίᾳ* Bardesanis affert. Vid. **Reuterdahl.** p. 65. — V, 10. 11. in iis quae de Pantaeno traduntur. Vid. V, 10 p. 60. *Ἐν δὲ τοῖς μάλιστα — λόγος ἔχει etc.* p. 61. *Ὧν εἷς — λέγεται.* Cf. **Reuterdahl.** l. l. — VI, 2. ubi de Origene se hausisse simul tradit *ἔκ τινων ἐπιστολῶν καὶ ἱστορίας* discipulorum Origenis qui Eusebii aetate adhuc erant in vivis. — VII, 31. in iis quae de Manete referuntur. — Praeterea vid. III, 11. *ἀνεψιὸν, ὥς γε φάσι — σωτῆρος.* III, 24. *οἱ ἀρχαῖοι* i. e. veteres doctores ecclesiae. — III, 37. *λόγος ἔχει.* cf. V, 16. — VI, 25. *οἱ ἀρχαῖοι ἄνδρες* coll. Iren. adv. haeres. V, 33. *Παπίας ἀρχαῖος ἀνήρ.* — VI, 34 p. 241. *κατέχει λόγος.* Adde IV, 25 not. 4. VI, 32 not. 6. — Contra b) *traditionem sensu strictiori* magis minusve secutus est Eusebius probabiliter I, 12., ubi plures inter LXX discipulos Christi refert: *Τῶν δ' ἑβδομήκοντα — φέρεται etc.* Cf. **Fabric.** salutaris lux evangelii toti orbi exoriens p. 115 sqq. II, 16. de itinere Marci in Aegyptum: *τοῦτον δὲ Μάρκον πρῶτον φασὶν etc.* — II, 17. de Philone *Ὃν καὶ λόγος ἔχει — κατέχει* Cf. quem laudat **Reuterdahl.** p. 18**), **Mynster.** Om Apost. Petri förste Ophold i Rom in Vidensk. Forhandl. v. Sjellands Stifts Landemode T. II. fasc. I. p. 159. et in laudati scriptoris Opuscc. Theologg. minoribus nuper editis. — II, 22. *Τότε μὲν οὖν — λόγος ἔχει στείλασθαι τὸν ἀπόστολον.* Cf. **Reuterdahl.** p. 30. — III, 1. de apostolis in remotis terris religionem Christi propagantibus *ὡς ἡ παράδοσις περιέχει* — III, 4 p. 192 sq. *Φασὶ — γεγενῆσθαι.* III, 37 p. 272. de religione Christi ubivis propagata. Cf. **Reuterdahl.** p. 45. IV, 5. *Τῶν γε μὴν — εὗρον κομιδῇ γὰρ οὖν — λόγος κατέχει γενέσθαι.* V, 18. *Ἔτι δὲ ὡς ἐκ παραδόσεως τὸν σωτῆρα — — Ἱερουσαλήμ.* Cf. **Fabricii** cod. apocryph. N. T. Tom. I. p. 331 sq. XII. — VI, 9 init. *πολλὰ μὲν οὖν — ὡς ἐκ παραδόσεως etc.* — Adde I, 7 p. 55 not. 22.

INDEX III.

RERUM MEMORABILIORUM QUARUM VEL IN HISTORIA EUSEBIANA VEL IN ANIMADVERSIONIBUS ET EXCURSIBUS FIT MENTIO.

D.

E.

I.

T.

INDEX IV.

VERBORUM ET FORMULARUM QUAE VISAE SUNT NOTATU DIGNIORES.

[Siglam * praefixi iis vocibus et dicendi formulis quarum sive forma sive significatio in veterum Graecorum scriptis aut nunquam aut rarissime inveniatur, siglam ** vero iis apposui verbis quae plane innovavit recentior et ecclesiastica Graecitas, omissa illa non solum in vulgaribus lexicis sed etiam Suiceri thesauro ecclesiastico qui iis quoque augendus est quibus siglam * adieci.]

A.

I.

K.

M.

